



Munificentia

Roberti Mason, S.T.P.



ÆSCHYLI

TRAGŒDIÆ QUÆ SUPERSUNT

DEPERDITARUM FABULARUM FRAGMENTA

ET

SCHOLIA GRÆCA

EX EDITIONE

THOMÆ STANLEII

CUM VERSIONE LATINA AB IPSO EMENDATA
ET COMMENTARIO LONGE QUAM ANTEA FUIT AUCTIORI
EX MANUSCRIPTIS EJUS NUNC DEMUM EDITO.

ACCEDUNT

VARIÆ LECTIONES

ET

NOTÆ VV. DD. CRITICÆ AC PHILOLOGICÆ

QUIBUS SUAS PASSIM INTERTEXUIT

SAMUEL BUTLER, S. T. P.

REGIÆ SCHOLÆ SALOPIENSIS ARCHIDIDASCALUS

COLL. DIV. IOANN. APUD CANTABR. NUPER SOCIUS.

TOM. VIII.



CANTABRIGIÆ.

TYPIS AC SUMPTIBUS ACADEMICIS.

VENEUNT LONDINI APUD EVANS, ET CANTABRIGIÆ APUD J. DEIGHTON.

M.DCCC.XVI.

Vol. VII. & VIII. *price* £1. 6*s.* *in boards.*

CL. SALMASIUS DE HELLENISTICA,

EPIST. DEDIC. p. 37.

Quis Æschylum possit affirmare Græce nunc scienti magis patere explicabilem, quam Evangelia aut Epistolas Apostolicas? Unus ejus Agamemnon obscuritate superat quantum est librorum sacrorum cum suis Hebraismis et Syriasmis, et tota Hellenisticæ suppellectile, vel farragine.



PRÆFATIO.

Quod his jam sex annis promisimus ut in hac præfatione notitiam Codicum atque Editionum Æschyli et subsidiorum quibus in editione nostrâ adornandâ usi sumus, pleniorem exhiberemus, id nunc absolvimus.

Ad Æschylum quidem ipsum quod spectat, in Notis cum Stanleii tum nostris ad vitam ejus pertinentibus tam fuse egimus ut hic multis supersedendum sit. Pater quidem tragœdiæ vocari multis nominibus meritus est. Non solum quod rudem illam atque inconditam disciplinam a Thespide et Phrynicho acceptam in melius mutaverit, sed quod ita multa feliciter adjecerit ut inventoris potius quam amplificatoris nomine dignus fuerit. Pro plaustro enim theatrum, pro fæcibus personam, pro umbraculis scenas invexit, saltationem etiam, machinas, pallam et cothurnum invenit, quo cresceret theatri splendor, histrionibus dignitas accederet. Sed hæc tantum artis quasi instrumenta sunt habenda, maximum illud est, quod τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, a cantu Chorico ad dialogum se recepit, ut non jam primas sustineret Chorus, sed potius intercineret. Sic primis, secundis, tertiisque histrionibus adhibitis fabulæ prius rudi atque inconditæ actionem et vim quasi vitalem adjecit. Quantum scilicet interfuisse censemus inter Chorica, vel nudam narrationem, et rem ipsam in scenâ spectatorum oculis traditam. Qui enim

et quantus fuerit apparatus scenicus, non tantum in vitâ Æschyli sed alibi ut res postulabat, præsertim in Septem contra Thebas, in Agamemnone, in Eumenidibus, docuimus.

Æschylum quidem in stylo grandiloquum usque ad vitium dixit Quintilianus, nec tamen ita sæpe turget, nisi in Choricis, quæ licentiam istam facilè admittunt. Metaphoris delectatur iisque aliquando durioribus et nimis turgidis, multo tamen sæpius aptissimis simul et sublimibus, ut imagines sistant coloribus vividissimis depictas, et maximum ingenii ardorem, conceptuum dignitatem, ubertatem dictionis ostendant. Epithetis gaudet summo judicio, ac felici sæpe audaciâ delectis, eaque nonnunquam fervore animi abreptus coacervat. Denique, quod non in ultimis ejus laudum est, non modo magnum poetam, sed ubique fortem ac bonum civem se ostendit, qualem decebat eum esse, qui cum fratribus, pugnis Marathoniæ, Salaminiæ, Platæensi interfuisset.

In fabulis artificiosè adornandis Sophocli certè cedit, cujus Electra atque Œdipus Tyrannus absque omni controversiâ palmam ferunt. In mollioribus etiam affectibus tangendis ab Euripide vincitur, sed in dictionis ubertate, in majestate canticorum, in terrore incutiendo et gravioribus affectibus exprimendis concedit certe nemini. Cassandram suam ita depinxit, ut similem personam nemo Græcorum post eum ausus fuerit aggredi, nec quidquam sit apud Sophoclem aut Euripidem cum illâ comparandum; nemo enim est quin statim sentiat quanto hujus Orestes vel illius Ajax sit inferior. Unum addiderim, quod in annotationibus nostris sæpe monuimus, magnam inter Æschylum et Shakespearium nostrum similitudinem videri intercedere.

Cavendum autem est ne in dissertationem excurrat nostra oratio, quam leviter ac summatim poetæ nostri

virtutes tangere hoc loco illi etiam ipsi patiantur, si qui ita vel maligno vel superbo fuerint ingenio, ut quicquid super hac re in annotationibus subinde dixerimus, cum officioso viarum indice contulerint. Nec tamen ideo nos operis nostri pœnitet, nec æquum aliquem judicem ægrè laturum existimamus, si quod ipse probe perspectum ac cognitum habuerit, id nos aliis sine superbiâ aut arrogantiâ ostendere aggrediamur. Non enim eos aut inscitiæ aut lippitudinis incusamus, sed, quod humanitatis est, id quo ipsi delectamur illis etiam admirandum proponimus. Nec video sanè quomodo aliquis boni critici partes sustinere possit, nisi auctoris quem sibi illustrandum proponit virtutes ac merita, non servilibus quidem sed justis laudibus prosequatur. Sed hæc hactenus. Nunc ad Codicum atque editionum Æschyli notitiam veniamus.

CODICES

QUIBUS IN HAC ÆSCHYLI EDITIONE USI SUMUS.

Med. Codex Bibliothecæ Laurentianæ Mediceæ, membranaceus, optimæ notæ, Plut. XXXII. No. 9. quo Petrus Victorius usus est. Continet VII tragœdias, sed lacunas duas habet in Agamemnone, primam a v. 318. ad v. 1075. alteram a v. 1163. ad Choeph. v. 8. Hujus Codicis collationem accuratissimam anno 1715. fecit doctissimus Ant. Mar. Salvinius, Græcarum literarum publicus in Academiâ Florentinâ Professor, in gratiam Petri Needham qui tum novam Æschyli editionem moliebatur. Sed id Needhamo consilium frustra fuit. Ejus autem col-

lationes, tum Codicis Medicei, tum quatuor Regiorum Parisiensium, in manus Askevii venerunt, qui eas ad oram editionis Stanleianæ ab exemplari Needhami descripsit, unde brevitatis gratiâ *Ask. A. B. C. D.* a nobis compendio notati sunt. Cum enim nullos codices Needhamus ipse contulisset, nullam etiam editionem Æschyli protulisset, Askevius autem non tantum specimen edidisset, sed et hanc supellectilem et alia quoque subsidia satis multa, præter Needhami collationes, aliunde comparasset, dignior hic mihi demum visus est cujus nomen adhiberetur in compendio. Quod meum consilium, si quis, ut mos est aliquorum omnia carpentium, forte reprehenderit, meminerit is velim, iisdem compendiis et Burtonum et Schutzium ante me usos esse; quæ quidem vel hac unâ de causâ retinere multo commodius visum est, quam curiosâ quâdam diligentiâ rejicere.

Ask. A. Codex Bibliothecæ Regiæ Parisiensis (tum temporis No. 3320.) sæculi XIV, bombycinus, cujus collationem, ab Abbate Lama Neapolitano factam, cum Needhamo communicavit vir doctissimus Bernard de Montfaucon.

Ask. B. Codex chartaceus sat bonæ notæ ejusdem voluminis et bibliothecæ.

Ask. C. Codex chartaceus ejusdem bibliothecæ satis vetustus, tunc temporis No. 3330.

Ask. D. Codex chartaceus eleganter exaratus qui fuit olim Jani Lascaris, forte ab ejus manu scriptus, judice Boivinio, ejusdem bibliothecæ tunc temporis No. 3521. Hunc codicem semper ferè consentire observamus cum editione Robortelli.

Ex his A. B. C. continent Prometheum, septem contra Thebas, et Persas. D. habet etiam Eumenidas et Supplices, sed non continet Agamemnonem et Choephoras.

Codicum B. C. D. collationem instituerunt Carolus

Ruæus et Joh. Malinguehen, in Montfauconi gratiam, qui cum Needhamo eam communicavit.

Colb. 1. Codex bombycinus sæculi xv, nunc in bibliothecâ regiâ, Parisiis, tunc temporis in Colbertinâ No. 4016.

Colb. 2. Codex bombycinus scriptus anno mundi 6807 h. e. Christi 1299, ut constat e notulâ calci adjecta, nunc in bibliothecâ regiâ Parisiis, tunc temporis in Colbertinâ No. 6448.

Uterque continet Prometheum, septem contra Thebas, et Persas. Collati sunt a Monachis Benedictinis Joh. Jac. Rouerdy et Joh. Malinguehen, in Montfauconi gratiam, et ab eo ad Petrum Needham transmissi.

Codicibus his usus est Brunckius, quorum Colb. 2. ille litera A., Colb. 1. litera B. designavit. Vide Notas Varr. Critt. ad Pers. v. 431. Non prætermittendum est quatuor Codicum vetustiorum, et unius recentissimi, collationem a Vauvilliersio factam fuisse in Notitia et Excerptis Codicum Manuscriptorum Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, Tom. I. p. 281. sqq. nec tamen inde satis certo colligere possumus, quinam ex his, nostris Ask. A. B. C. D. absque omni controversiâ respondeant. Lectiones enim exhibent nimis sæpe diversas ab illis quas e Montfaucono Needhamus notavit, immo tam raro consentientes ut vix ab iisdem codicibus fluxisse dixeris. Nec est quod negligentiæ insimules Needhami collatores, nec credibile est Montfauconum, tantum virum, hominibus parum idoneis collationis instituendæ munus impositurum fuisse. Ruæi quidem nomen satis cognitum est, et quicquid erat Græcarum literarum apud Gallos, ea certè erat apud Benedictinos. Quin ipsæ collationes non a margine exemplaris Needhami, sed ab ipsis autographis exscriptæ, penes me sunt, quæ collatorum diligentiam abundè testantur.

Lips. 1. 2. Codices duo Æschyli in bibliothecâ senatoriâ academiæ Lipsiensis, in eodem volumine forma quad-

rata. Primus partem Promethei continet, secundus Prometheum, Septem contra Thebas, et Persas. Videntur esse ultra sæculum xv. Horum collationem fecit Askevius.

Guelph. Codex chartaceus in bibliothecâ ducali Guelphyrbitiana, sæculi xv, continet omnes tragœdias sed in Agamemnone mutilus est. Hujus collationem diligenter fecit Askevius. Nisi paucissimis in locis consentit cum edit. Aldin., ut hanc inde impressam dixeris, nisi adhuc major sit consensio codicis nostri Ven. 1.

Ar. Ox. Hi codices in bibliothecâ Bodleianâ Oxoniis servantur, quorum *Ar.* a Burtono et Burgessio *Seld, Ox. Bar.* 4. dicitur. Sed notationem Stanleianam necessario servandam duximus, nisi in Sept. Theb. ubi nos Seld. et Bar. 4. citavimus, quoties lectio aliqua occurrit apud Burtonum a Stanleio prætermissa. Horum codicum collationem, in quibusdam Stanleiana ampliorem, comparaverat Askevius.

Mosq. 1. Codex Mosquensis, sæculi xv aut xiv, chartaceus, bibliothecæ sanctiss. Synodi, forma quadrata, No. CCLIX. Continet Prometheum, Septem contra Thebas et Persas.

Mosq. 2. Ejusdem bibliothecæ No. CCCXCII. sæculi xv aut xvi, forma 8va. continet Prometheum et Septem contra Thebas. Utriusque collationem Matthæi cum Schutzio communicavit, cujus fide hæc scribimus.

Viteb. Codex Vitebergensis chartaceus sæculi xiii continens Prometheum, Septem contra Thebas et Persas, cujus varietates a Zeunio in programmate editas descripsit Schutz.

Gud. Codex Gudianus apud Schutz. in edit. 2. cujus collationem a Kulencampio factam cum Schutzio communicavit Mitscherlich.

Cant. 1. Codex chartaceus, bonæ notæ, forma quadrata, quem olim e monte Atho emerat celeberrimus ille medicus

Ric. Mead., post mortem ejus in Askevii, deinde in Academiæ Cantabrigiensis bibliothecam traductus, ubi nunc notatur Nn. 3. 17. Continet Prometheum, Septem contra Thebas et Persas, et est sæculi XIV, vel forte etiam XIII.

Cant. 2. Codex chartaceus ejusdem voluminis, sæculi XIV vel XV.

Ex his Cant. 1. fere ad medium tragœdiæ Septemthebanæ, Cant. 2. tantum ad finem Promethei contulerat Askevius, hoc compendio usus, *M.* 1. 2., scilicet quod tum erant e bibliothecâ Meadianâ. Nos utrumque diligenter contulimus, et non solum lectionis varietatem, sed et e Cant. 1. Scholia in Persas descripsimus, quæ Stanleiana Schol. B'. in Prometheum et Septem contra Thebas continuare possint. Pulcherrime scriptus est cum glossis etiam interlinearibus, quæ observantur etiam in Cant. 2. et in utroque a primâ manu. Suprascriptus est passim Cant. 2. a recenti manu, plerumque eraso quod prius scriptum fuerat, sed correctiones istæ a Codice bonæ notæ descriptæ videntur, plerumque a Cant. 1. Porro in Cant. 1. finis Persarum mutilus est.

Ven. 1. Codex membranaceus sæculi XV, bibliothecæ regiæ D. Marci Venetiis, No. CCCLXX. Cum editione Aldinâ consentit, etiam ubi discrepat Cod. Guelph.

Ven. 2. Codex chartaceus in eandem bibliothecam e bibliothecâ SS. Johannis et Pauli translatus. Ejusdem sæculi est.

Horum Codicum collationem mecum pro suâ humanitate communicavit vir doctissimus Jacob. Morellius, Imperatori Cæs. Francisco II. Aug. a consiliis bibliothecæ præfectus. Per literas etiam certiorem me facit duos illos præstantissimos Codices in Indice sub numeris CCCCLXVIII. et DCXVI. relatos, in bibliothecam Parisiensem a Gallis translatos esse. Atque hactenus quidem de Codicibus.

EDITIONES IMPRESSÆ.

Ald. " ΑΙ'ΣΧΥ'ΛΟΥ τραγῳδίαι ἕξ. Προμηθεὺς δεσμώτης. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. Πέρσαι. Αγαμέμνων. Εὐμενίδες. Ἱκετίδες. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ soceri MDXVIII. mense Februario." 12mo.

Multos habet errores typographicos, textum sæpe corruptissimum, sed ut videtur, a Manuscripto quodam sine conjecturis aut editoris emendationibus impressum, forte a Cod. Guelph. a quo rarissimè nisi in erroribus typographicis discrepat. In tribus prioribus tragœdiis miram habet consensionem cum Ven. 1. Tantum sex continet tragœdias, ut a titulo patet, Agamemnone scil. et Choephoris in unam confusis. Solemnem habet hiatum in Agam. à v. 318. ad v. 1076. et a v. 1168. ad Choeph. v. 8., nihil habet in præfatione quod ad editionis subsidia pertineat.

Rob. " Αἰσχύλου τραγῳδίαι ἑπτὰ, Æschyli tragœdiæ septem a Francisco Robortello Utinensi nunc primum ex MStis libris infinitis erratis expurgatæ ac suis metris restitutæ. Cum privilegio. Venetiis apud Gualterum Scottum MDLII." 12mo.

Plerique editionem Turnebi quæ eodem anno in lucem prodiit Robortelliana priorem judicant; sed cum textus in Turnebiana sit multo emendatior, et multa sint etiam cum Aldo et Robortello, quæ cum Aldo et Turnebo non sunt communia, crediderim Robortellum ex Edit. Aldina, adhibito etiam Codice Mediceo et eo qui nobis est *Ask. D.*, qui ut et noster *Ox.* cum Robortello semper fere consentit, textum suum instituisse, editione Turnebi vel non inspectâ vel nondum editâ, præsertim cum Aldinam editionem ipse commemoret, de Turnebianâ prorsus sileat.

Scholia quoque in Æschylum (Stanleii Schol. A'.) edidit Robortellus Venetiis ex officinâ Vincent. Valgrisii, qui-

bus præmittitur ad Marianum Savellum epistola nuncupatoria, scripta Idibus Nov. 1551. unde licet conjicere hanc editionem Turnebiana priorem fuisse. In hac epistola codicem pervetustum, qui continebat posteriores tragœdias, à M. Savello secum communicatum, adhibuisse se testatur, (forte Ask. D.) aliumque in quo ipse Savellus multa adnotaverat; quasdem etiam emendationes a Ludovico Castelvetrio et Michaele Sophiano præmisit, quas suis locis inter VV. LL. retulimus.

Minus corrupta est Robortelli editio quam Aldina, sed sæpe monstrosas, sæpe præclaras lectiones continet. Easdem lacunas habet in Agamemnone cum Aldinâ, sed septem tragœdias disertè numerat, ac subdit ad Agam. v. 1168. "multa desunt in fine hujus tragœdiæ, nam quæ sequuntur sunt ex tragœdiâ Χοηφόρων ut patet, cujus quoque initium desideratur. Rara est hæc editio, cujus exemplaria duo e bibliothecâ Academiæ Cantabrigiensis adhibui, sed eam inter propriam librorum supellectilem adhuc desidero.

Turn. " Αἰσχύλου Προμηθεὺς δεσμώτης, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Πέρσαι, Ἀγαμέμνων, Εὐμενίδες, Ἱκετίδες.

Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. Paris.
Ex officinâ Adriani Turnebi typographi regii, MDLII, typis regiis." 12mo.

Præmittitur epistola Græca nuncupatoria ad Michaelem Hospitalem, in quâ Turnebus libro MSto ab Æmaro Ranconeto accepto in tribus prioribus tragœdiis usum se fuisse testatur. Subjiciuntur insigniores lectionis varietates, quæ vix ultra duas paginas excurrunt.

Multo nitidior est hæc editio præcedentibus; sex tantum tragœdias commemorat, easdem lacunas habet cum Aldinâ et Robortellianâ; textum verò sæpe emendatiorem. Sed forte Robortelli editio nondum Turnebo innotuerat.

H. Steph. " Αἰσχύλου τραγῳδίαι Ζ'. Προμηθεὺς δεσμώτης, Ἑπτα ἐπὶ Θήβαις, Πέρσαι, Ἀγαμέμνων, Χοηφόροι, Εὐμενίδες,

Ἱκετίδες. Σχόλια εἰς τὰς αὐτὰς τραγῳδίας. Æschyli tragœdiæ VII. Quæ cum omnes multo quam antea castigatiores eduntur, tum vero una, quæ mutila et decurtata prius erat, integra nunc profertur.

Scholia in easdem, plurimis in locis locupletata et in pene infinitis emendata Petri Victorii curâ et diligentiâ. Ex officinâ Henr. Stephani MDLVII." formâ quadratâ.

Præmittitur Petri Victorii epistola ad lectorem in quâ docet Agamemnonem se a vetustissimo nobilissimoque volumine edidisse, quo continerentur omnes Sophoclis atque Æschyli tragœdiæ et Apollonii Argonautica, deessent autem paginæ nonnullæ, in quibus magna pars Agamemnonis atque initium Choephorarum continerentur; alterum autem librum postea invenit Victorius, in quo Agamemnon integra esset, Choephorarum deesset initium. Agamemnonem etiam cum Codice in bibliothecâ Alex. Farnesii Romæ conservato conferendum curavit.

Scholia etiam (Stanleii Schol. A'.) longe pleniora ac nitidiora quam Robortelliana edidit Victorius, eaque et Sophocleis, et multo magis Euripedeis auctoritate et vetustate antecellere affirmat. Adjecit etiam Scholia περὶ μέτρων οἷς ἐχρήσατο ὁ Αἰσχύλος, quæ magni non sunt facienda.

Ad finem editionis subjunguntur H. Stephani Annotationes, præmissa ejusdem ad lectorem epistola, in quâ testatur multa se exempla, non pauciora quindecim, partim Venetiis partim Florentiæ, partim Romæ partim etiam Neapoli visa adhibuisse, unde varietatem lectionis concinasset, partim in contextum, partim in notas suas relatam. Quâ de causâ cum hanc editionem Victoriano exemplari maximè subnixam, sed suâ curâ et consilio adornatam protulisset H. Stephanus, eam in compendio Stephani potius quam Victorii nomine citavimus.

Est autem hæc editio præcedentibus longe præstantior, ac prima quidem quam poeta nostro dignam judicaveris.

Textum exhibet longe emendatiorem, typis nitidissimis expressum, lacunam in Agamemnone supplet, in Choephoris incipit a v. 8. Scholia habet in omnes tragœdias (Stanleii Schol. *A'*., ut diximus) adjectis ad calcem eorum brevibus quibusdam H. Stephani adnotationibus emendatoriis.

Canter. "*Αἰσχύλου τραγῳδίαι Ζ'*. Æschyli tragœdiæ septem. In quibus præter infinita menda sublata, carminum ratio hactenus ignorata nunc primum proditur. Operâ Gul. Canteri Ultrajectini. Antwerp. ex officinâ Chr. Plantin. Archetypographi Regii. MDLXXX." 12mo vel potius 16mo.

Præmittitur ad Petrum Victorium epistola Græca nuncupatoria, cum *Προλεγομένοις* in Æschylum, in quibus se circa metra præcipuè studiosum fuisse testatur.

Nitida est hæc editio, et superioribus omnibus, præcipue in metrorum constitutione emendatior. Stanleio pro archetypo fuit, qui ab eâ in textu rarissimé discedit. Lacunam habet in Choephorarum initio, sed priores quinque versiculi supplentur in notis, brevissimis illis quidem, sed emendationes quasdam præclaras exhibentibus.

Editio Stanleiana.

"ΑΙΣΧΥΛΟΥ *τραγῳδίαι ἑπτά*. Æschyli tragœdiæ septem cum Scholiis Græcis omnibus, deperditorum dramatum fragmentis, versione et commentario Thomæ Stanleii. Londini typis Jacobi Flesher: prostant veró apud Cornelium Bee sub insignibus regalibus in vico vulgó dicto Little Britain, MDCLXIII." Fol. Dedicatione carent omnia quæ inspexi hujus anni exemplaria, sed repetitæ sunt anno insequente apud Jo. Hart plagulæ initiales ad finem saltem Promethei, prioribus vel consultó vel fortuitó incendio absumptis, quod et editionis totius exemplaribus nondum venditis posteá contigit in memorabili illo incendio Londinensi anno 1666.

Multa quidem in versione Latinâ inter imprimendum a Stanleio videntur fuisse mutata, nam e tribus, quæ mihi pervolvere contigit, exemplaribus, nullum cum altero convenit. Quæ anno 1664. apud Joh. Hart prodierunt, plagulas habent singulas, ad finem usque Promethei, ita ab editione prioris anni discrepantes, ut nihil dubii sit quin fuerint iterum typis mandatæ. Sed et ipsa editio anni 1663. notabilem habet discrepantiam, quamvis non adeo insignem, ut non interventu fortè auctoris inter imprimendum acciderit. Numeri scilicet marginales singulis versibus Choricis in Prometheo, v. 866. sqq. in altero exemplari anni 1663. præponuntur, in altero non item. In versione v. 867. ubi *cluere* est in altero exemplari, in altero est *audire*; v. 891. in altero *cerdoni*, in altero est *pauperi*; v. 895. in altero est *cupiam*, in altero *cuipiam*; v. 908. 909. in altero est *mente* pervicaci (sit) *tales* (enim) *nubere*, in altero, *mente pervicaci quales nubere*. Atque hoc nobis specimen sufficiat, quo demonstremus secundum hoc exemplar auctoris δευτέραις φροντίσιν emendatum esse, omnes enim mutationes in melius factæ sunt. In exemplaribus anni 1664, quæ, ut dixi, plagulas initiales saltem ad finem Promethei denuo impressas habent, additur dedicatio, quam in editionibus anni 1663. mihi videre non contigit.

"D. HENRICO PUCKERING

(ALIAS NEWTONO)

EQUITI AC BARONETTO.

Vir Illustrissime,

Tuis jam prodeat auspiciis Tragicorum antiquissimus; ut illum φιλλέλληνες pro meritis potuerint *nocturnâ versare manu, versare diurnâ*. Est quidem Homero tam dignitate quam ætate proximus; grandiloquus, sed casti-

gaté et quasi ad pondus: Cothurni auctor primus, sed et perfectissimus; qui characteris tragici majestatem cæteris præripuit. Pollet etiam tacita quadam, Pythagoricæ affini, sapientia. Patrocinio hic prodeat tuo: Cuinam potius donetur Æschylus, qui et pugnans pro patriâ, utramque Palladis laurum, pariter atque fecisti ipse, reportavit? Cuinam potius ego donem, qui necessitudinis officio, quod maximæ mihi duco gloriæ, Tibi devinctus sim? Cætera in me beneficia commemorare supersedeo; lubenter præstas, non lubenter audis: neque est quod negotiis Te districtum publicis diutius interpellem. Perge, Vir Illustrissime, virtutibus tuis θρέπτρα patriæ rependere; perge etiam amare,

Tui observantissimum,

THOMAM STANLEIUM."

Sequitur deinde Præfatio.

"LECTORI.

ÆSCHYLI tragœdias præ manibus habes, cæterasque ejus relliquias, quæ invidiam temporis evaserunt; ulterius vero ne tende, obsecro, donec quid in hac editione præstitum sit, paucis præmoneam.

Primus omnium Aldus Manutius sex tragœdias (*Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Eumenides, et Supplices,*) publici juris fecit Venetiis anno 1518.

Post quem Adrianus Turnebus excudit, adjectis ad calcem variis aliquot lectionibus quas in aliis exemplaribus repererat, Parisiis anno 1552.

Eodem anno Venetiis Æschyli tragœdias septem (*Pro-*

metheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Choephoras, Eumenides et Supplices) edidit Franciscus Robortellus: quibus suas, et Michaelis Sophiani conjecturas præmiserat. Edidit etiam in omnes tragœdias scholia ex antiquis exemplaribus collecta.

Haud multó post Æschyli tragœdiæ septem, omnes multó quam anteá castigatiores, tum vero Agamemnon integra, quæ mutila et decurtata prius erat, Scholia itidem in easdem plurimis in locis locupleta et emendata, Petri Victorii curâ, prodierunt ex officinâ Hen. Stephani, qui observationes suas subjunxit, anno 1557.

Denique has septem tragœdias, infinitis mendis sublatis, et carminum ratione tunc primúm proditas vulgavit Gulielmus Canterus Antverpiæ anno 1580.

Hactenus de editionibus Græcis. Quod ad interpretationem Latinam spectat, Æschyli tragœdias Latinitate donavit Joannes Sauromannus ex officinâ Oporini; si modo interpretatio dicenda est, in quâ vix ullibi reperiatur sensus; nemo qui legerit dicet secus. Prometheum posteá Mattheus Garbitius, oratione solutâ, Septem-Thebanam stylo veteri Tragico Septimius Florens Christianus felicissimé reddidit; idem etiam eodem stylo Prometheum Desmotam reddiderat, ut et Josephus Scaliger Eumenides, cujus meminit in Varronem p. 111., neutra tamen, quod sciam, lucem vidit. Interpretationem Æschyli [aggrediebatur, quantum ex epistolâ ejus ad Johannem Oporinum Sophocli affixa conjicere est, Joachimus Camerarius] molitus est Gulielmus Canterus, prout in Prolegomenis monet; at cœpto defuit, morte, opinor, præventus. Æschylum etiam, post Victorium et Stephanum, edere et illustrare voluit vir incomparabilis Isaacus Casaubonus, ipso teste ad Strabonem paginis 18, et 104; sed vel nihil præstitit; vel quod præstiterat, non nisi magnâ rei literariæ jacturâ intercidit.

Hæc de aliorum editionibus, de nostra paucis accipe. Textum Æschyli Græcum è Canterianâ editione, Scholia e Victorianâ depromsimus; et ne quid desiderari posse videatur, reliquis cum Canterianâ collatis, Lectiones variantes, Epistolas, Præfationes, conjecturas et observationes omnium apposuimus. Ad hæc tragœdias priores cum duobus Codd. MSS. contulimus; quorum unus inter κειμήλια Barociana in bibliothecâ Oxoniensi conservatur; alterum e bibliotheca Arundelianâ communicavit magnus noster Seldenus. Prioris ope Scholiastem vulgarem in tres primas tragœdias locupletavimus; posterioris Scholiastem alium hactenus ineditum, exhibuimus: variantes itidem horum Codd. MSS. lectiones, illis quæ ex impressis depromptæ fuerant interseruimus. Carminis rationem, ubi Canteriana haud satis nobis probatur, restituimus; Fragmenta collegimus, omnia Latiné reddidimus, et commentario illustravimus. Vale."

Hactenus de suâ editione Stanleius, quæ et pulcherrima est et præstantissima, prioribus longe ornatior. Quid in eâ præstiterit pro suâ verecundiâ leviter tantum attigit. Primus autem versionem adjecit Latinam, et commentarium omnium laudibus meritó semper cumulatum, multâque et reconditâ doctrinâ refertissimum. Felicem quidem illam in syllabis perpendendis diligentiam, quæ hodie unicé in pretio est apud eos qui se aliqui esse volunt, non ita sectatus est, ut omnem scientiam in eâ exercendâ atque in fragmentis veterum atque obscurorum auctorum emendandis positam esse judicaret, neque tamen illam aut ignoravit, aut prorsus neglexit, sed inter doctrinæ subsidia habuit, nec unam quidem portiunculam pro tota excolendam sibi proposuit, nec ostentandi causa aliorum errores studiosé persecutus est. Non enim quicquid aliis detrahere potuisset sibi continuo additum existimavit, nec in malignam cavillationem viro liberali indignissimam unquam delapsus est. Æquum sci-

licet criticum agebat, qui neminem suis laudibus privare voluit, aut æqualium suorum famam malevolé ac tecté lædere. Igitur ad digladiationes istas criticas, quæ rem literariam dehonestant, nunquam descendit; in phrasibus ac sententiis expediendis, in antiquitate explicandâ, in poetæ, quem sibi edendum sumserat, mente atque consilio illustrando, in veterum vitâ, moribus, institutis describendis, satis largam sibi materiem invenit, quam nemo, nisi cum fructu consulet. Itaque labores ejus, ut par erat, magno doctorum consensu sunt approbati, ipseque inter æquales suos, non spernendos viros, magni semper habitus est, quorum quædam testimonia quæ secundæ Æschyli editioni, a Stanleio adornatæ, illustrandæ inserviant, ex ipsius MStis hic afferre in rem erit.

"NOBILISSIMO VIRO TH. STANLEIO
IS. VOSSIUS
S. P.

Si quis me de proposito tuo in adornandâ novâ Æschyli editione certiorem fecisset, vir nobilissime, utique non defuissem muneri meo, libentissiméque transmisissem quæ habeo hujus tragici exemplaria, ac item illa quæ ex diversis alienis olim collegi Codicibus. Verum cum non eorum sequaris exemplum qui semper promittunt, et nunquam præstant, sed opus perfeceris priusquam ullus tui ad nos laboris sensus aut fama perveniret, ex animo doleo non potuisse me privato officio anticipare id quod publico contulisti beneficium, simulque molestiam eripere per appendicem præstandi id quod junctim et continenti operâ perficere potuisses. Quandoquidem tamen tibi libet istum exantlare laborem, non prætermittam simul ac ad meos fuero reversus, pleraque quæ habeo Æschyli exemplaria colligere et ad te

transmittere. Gaudebis opinor ubi videris tam multas tuas conjecturas auctoritate codicum firmari, multaque præterea alia loca, quæ nullum humanum ingenium valeat emendare, feliciter admodum exinde posse restitui. In Prometheo quatuor versus desiderari verum est, sed quod de Χοηφόρων initio significavit tibi Dom. Pearson, id malè intellectum, quippe in omnibus quos vidi MStis exemplaribus Agamemnonis et Χοηφόρων tragœdiæ in unam coaluere, deestque omnino et Agamemnonis finis et principium alterius tragœdiæ, quia nempe in illo codice unde reliqua exemplaria permanarunt unum et aliud forsan folium perierat. Porro et si in aliis Poetarum Græciæ monumentis, quæ ut audio emendatiora luci tradere meditaris, nostra tibi prodesse possint scrinia, æque illa ac noster tibi patebit animus, et pro arbitrio utrisque frui licebit. Londini, 1664, Feb. 11."

"VIRO ILLUSTRISSIMO

D. ISAACO VOSSIO

THOMAS STANLEIUS

S.

Literas quas ad Sherburneum meum dedisti, ipse mecum communicavit, in quibus de Manilii sive Manlii ut tu statuis nomine, et sæculo in quo floruit docte sane et κριτικωτάτως disseruisti. Illud autem imprimis mihi placet, quod in iis honorificam de me mentionem fecisti, quodque promissorum memor de depromptis ad Æschylum e vetustis exemplaribus variis lectionibus et scholiis nondum editis, ais te nisi impediissent infelicia et funesta tempora, mihi jamdudum transmissurum. Amplector hanc tuam humanitatem, et gratulor paci per quam liceat solvere quod

pollicitus es; expecto itaque, et noris velim hæc tua honoraria officia quibus me prosequeris pergrata semper esse et futura, eoque magis quo maturius ad manus meas pervenerint Æschyli editionem secundam jam molientis, quam spero (nam magnam partem prioris fatali metropoleως incendio consumptam, cum matre Thressa flammis me peperisse sentio) melioribus auspiciis te obstetricante, et auctiorem in lucem prodituram. Quin et quæcunque tua κειμήλια mihi commiseris, me optima fide restituturum recipio. Vale. XII Feb. 16$\frac{70}{69}$."

"VIRO NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

THOMÆ STANLEIO

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.

Expectationem Æschyli tui magnam concitaverat Mericus Casaubonus sed postquam ille lucem adspexit, longe superavit spem et existimationem nostram. Nihil enim in hoc genere hâc ætate prodiit limatius et elegantius. Debent tibi quotquot literarum politiorum antiquæque sapientiæ studiis censentur tantum quantum exsolvendo non sunt. Nam et poetæ obscurissimi locis infinitis facem præluxisti, et plurimas quibus obsitus erat labes ei abstersisti, ne nunc dicam de interprete vetusto, quem princeps publicasti, cum magno rei literariæ fructu. Hinc simul ac scriptorem illum præstantissimum vidi et evolvi, te amare cœpi et magni facere, hujusque mei in te studii ac voluntatis interpretem

ad te ablegavi ante hos binos annos meum Hesiodum; sed eventum non respondisse meis votis ac voluntati non ita pridem ex doctissimi Merici literis cognovi; ad hunc enim per nostros vestrosque bibliopolas curari jusseram fasciculum, in quem aliquot Hesiodi exempla erant conjecta, qui nescio quorum hominum perfidia interciderit. Nunc huic quæ inopino se dat, occasioni serviendum existimavi; nam cum ad vos contendat juvenis insignis Johannes Crucius, I. U. D. Abrahami Hoidani Theologiæ professoris in Academiâ Lugdunensi excellentissimi ac disertissimi ex filia nepos, qui te jam pridem colit et admiratur, coramque venerari desiderat, literis etiam politioribus strenuam diu navavit operam, et etiam nunc navat, ejus fidei commisi aliud Hesiodi exemplar tibi tradendum, cui adjeci Luciani Pseudosophistam in quem animadversionum et notarum nonnihil scripseram. Erubescunt quidem hi libelli tuos subire oculos; sed missi alio nomine non sunt, quam ut editoris studium cultumque quo te prosequitur, testatum faciam. Si prolixam etiam ejus voluntatem bene de præclaris artibus nostris merendi tibi probaverint, functos se officio, et auspicato jam in lucem prodiisse putabunt. Sin vero et tuam benevolentiam ei promovere poterunt, tum vero non solum spe, sed et votis majora consequentur. In Homero recensendo nunc totus eram; sed me retardarunt Elzevirii, qui tundendo effecerunt ut passus sim mihi imponi opus recensendi Ciceronis, cujus editionem novam adornant. Id nunc studeo, ne inemendatior sit aliis quæ antehac prodierunt, et ut interpretum doctissimorum annotationibus ornetur. Si esset antiquorum MStorum copia, forsan aliis prodiret melior et cultior. Vos ex veteribus bibliothecis si quid potestis conferre, quod utriusque auctoris, qui in sua quisque lingua princeps est, editioni illustrandæ inservire possit, et præclare de publicâ re literaria merebitis et laudes vestræ pleno ore decantabuntur. Vale

vir nobilissime, et me, si mereor, ama. Trajecti ad Rhenum Non. Febr. 1669.

Extrait du Journal des Sçavans.

Æschyli Tragœdiæ septem cum Schol. Græcis, versione et commentario Tho. Stanleii, in fol. Londini. Il se trouve a Paris cher Fred. Leonard rüe St. Jacques.

Il y a tres belles choses dans ce poete, et c'est un des anciens Tragiques qui a eu le plus de reputation parmy les Grecs. Toutes les Editions qui nous en avions estoient tres imparfaites. Celle-cy à esté faite avec beaucoup de soin, et de diligence; et elle doit estre mise dans les bibliotheques; les autres n'y pouvent pas faire figure.

Mericus Casaubonus in Dissertatione de nupera Homeri editione Hackiana, p. 168.

In exsultationis et gratiarum actionis significatione usurpat (vocem sc. ὀλολυγμός) vetus poeta tragicus, Æschylus, cujus præstantissimam editionem Londini curatam viro cl. D. Thomæ Stanlcio debebit aliquando posteritas.

Atque hactenus de primæ Stanleianæ editionis testimoniis. Secundam autem cum moliretur, ad eamque satis amplam supellectilem comparasset, annum agens tricesimum quartum magno cum literarum dispendio immaturâ morte præreptus est. Quem vero apparatum editionis secundæ jam instruxisset, eum nos in hac nostra editione protulimus. Ad singulas scilicet tragœdias, vitam ac fragmenta, commentarium suum æqua parte auxerat. Versionem item Latinam, e versione Casauboni ad marginem editionis Stephanianæ adscripta, in Choricis emendaverat, conjecturas adhibuerat nonnullas cum Casauboni tum Joannis Pearsoni Episcopi Cestriensis, quæ forte a Merico Casau-

bono vel a Pearsono cum ipso communicatæ sunt, et nonnullas aliorum hominum eruditorum parcius hic illic adnotatas. Sin aliqui fuerint qui Stanleium malæ fidei insimulent, quod has conjecturas non ubique ad veros auctores retulerit, næ isti ex suopte ingenio potius quam æqua ac liberali mente de illo judicium faciunt. An quis eum ita infima doctorum in plebe delituisse existimat, ita parum de Æschylo, de Æliano, de ipsa denique quanta quanta sit Græcorum philosophia meritum, ut misellam sibi gloriolam unius atque alterius conjecturæ surreptione sibi quæreret, ac non potius inter primores sui sæculi viros suis meritis ac doctrina enituisse? Quis non æquius judicabit istiusmodi crimen ad incuriam, infirmitatem humanam, festinationem vel memoriæ lapsum, quam fraudem ac malam fidem referre. Præsertim cum Stanleius priusquam editionem secundam, ex qua hoc crimen maxima ex parte ei objicitur, aut in lucem protulisset, aut etiam præfatione qua subsidia sua doceret et suum cuique redderet, adornasset, morte præreptus est. Absit illud profecto, ut viris ingenio, humanitate, doctrina illustribus, post mortem calumniemur. Nec meum ita comparatum sit ingenium, ut aliquid ingenuis humaniorum artium ac literarum cultoribus detrahere studeam; cum vivis sine odio atque invidiâ ita versari velim, ut liberum atque ab iisdem studiis haud alienum decet, de mortuis silere malim, quam maledicere, atque ut vivis, ubi fert occasio, plaudere, ita SEPULTIS PARCERE.

Pauw. Editionem Stanleianam Hagæ Comitum anno MDCCXLV. duobus tomis forma quadrata repetiit Joannes Cornelius de Pauw., adjectis etiam suis, hoc est audacissimis, sæpe etiam inanissimis adnotationibus. Suam ipse sententiam, tanquam e cathedra, semper pronuntiat, Stanleio, Stephano, aliisque literarum principibus viris, se longe longeque præstantioribus, passim obloquitur, seipso,

ut mos est hominum imperitorum ac jactantium, unice delectatus; conjecturas tamen profert aliquando melioris frugi, quæ tamen an ipsius fuerint valde dubitari solet; plerumque infelicissime rem gerit, et vel maxime perspicua obscurat dum aliis oculatior videri cupit, Græcitatis ac rei metricæ, quamvis Hephæstionem ediderit, juxta ignarissimus. Sed typorum nitori satis consuluit.

Repetita est etiam editio Stanleii, sine notis, Glascuæ anno 1746. forma quadrata minore ac 12mo.

Schutz. 1. Sequitur editio Schutziana quæ diversis annis in lucem prodiit. Vol. I. scilicet Halæ anno 1782. Vol. II. ibidem 1784. Vol. III. non nisi absolutis decem annis, anno scilicet 1794. ibidem est publici juris factum. Forma est 8va.

Satis magna sunt, quicquid aliqui dicant, hujus editionis merita, nec tamen ignoro quid illi objici possit, de quo mox libere dicturus sum. Editionem suam Heynio nuncupavit Schutz. Textum in tribus prioribus tragœdiis maxime Brunckii auctoritate, qui illas ediderat, refinxit, Varietatem lectionis textui subjecit, et commentarium satis doctum et copiosum addidit, in quo loca fere omnia difficiliora Latine reddidit, multaque pulchre expedivit. Tomo primo continetur Prometheus et Septem contra Thebas, secundo Persæ et Agamemnon, tertius habet tres reliquas tragœdias, commentario breviore instructas et minore quidem cura et diligentia, ut videtur, editas. Fragmenta, Scholia, Indices, et Lexicon Æschylum ab editore in præfatione primi voluminis promissa, nondum prodierunt.

Schutz. 2. Secundam Editionem, adjecta interpretatione Latina et varietate lectionis in editt. Stanl. et Pors. sed nullo commentario instructam, duobus tomis 8vo. Halæ anno 1800. ipse protulit, post editionem majorem Porsoni, mox memorandam, quam sæpissime in textu secutus est.

Dolet quidem id crimen Schutzio objicere, a quo Stanleium nostrum vindicare voluimus. Sed alia omnia in præfatione professus, aliorum emendationes tam sæpe in suum usum tacite convertit, ut malæ fidei manifesto reus sit habendus. In commentario editionis primæ, et in varietate Lectionis editionis secundæ multa sibi adsumit quæ aliis erant tribuenda. Sed hoc omnibus notissimum est. Conjecturas quasdam, ex Stanleii MStis nunc demum a nobis editis, in suum usum eam tacite convertisse sæpius demonstravimus, simul fontem unde eas forte haurire potuerit indicavimus. Adeat lector Notas Variorum Criticas in Supplices v. 213. atque indicem nostrum in Notas Variorum. Atque hæc quidem invitus, nec nisi ipsa veritate exigente, de viro cujus satis magna in Æschylo explicando ac restituendo sunt merita, adscripsi.

Pors. 1. "*Αἱ τοῦ Αἰσχύλου τραγῳδίαι ἑπτά. Et docuit magnumque loqui nitique cothurno.* Glascuæ in ædibus academicis excudebat Andreas Foulis Academiæ typographus. MDCCXCV." Fol.

Editio sane splendida, typis pulcherrimis ac forma majuscula. Continet septem tragœdias sine ulla præfatione vel varietate lectionis, at textu longe quam antea puriori. Hanc editionem e schedis Porsonianis quibus aliquis per malam fidem est abusus concinnatam fuisse satis notum est.

Pors. 2. Anno præcedente, nempe 1794., impressæ sunt, "Æschyli tragœdiæ septem cum versione Latinâ, Glascuæ excudebat Foulis MDCCXCIV." 8vo. 2 Tom. Sed hæc editio annos duodecim delituit, nec nisi anno MDCCVI. titulo Oxoniis repetito, in lucem prodiit. Textum habet Porsoni cura reformatum, sed non sæpe ab editione majore supra memorata discrepantem; locis autem ambiguis vel obscuris præponitur obeliscus, locis a Porsono restitutis

stellula. Horum numerus est 210, illorum 155*. Adjicitur versio Stanleii, sed seorsim impressa, ita tamen ut paginæ versionis textus paginis respondeant.

Both. "Æschyli dramata quæ supersunt, et deperditorum fragmenta Græce vel Latine, recensuit et brevi annotatione illustravit Fr. Henr. Bothe. Magdeburgensis. Lips. 1805."

Nullius pretii est hæc editio, quæ Botheum, non Æschylum exhibet, textu summa licentia ex mera editoris conjectura reficto, nulla Codicum aut Græcitatis ratione habita, ac tantum in memorabile temeritatis exemplar proponi debet.

Nunc ad singulas nostri tragœdias seorsim editas, quibus in hac editione adornanda usi sumus, accedimus.

Garb. Prometheum cum versione Latina plane incondita et textu corrupto edidit Matth. Garbitius, apud Oporin. Basil. 1559. 12mo. eamque repetivit H. Steph. in delectu tragœdiarum 1567. 12mo. Quædam tamen habet Garbitius non spernenda in notis.

Giac. "Αἰσχύλου τραγῳδία Προμηθεὺς δεσμώτης, *Prometeo legato tragedia d' Eschilo* volgarizzata e con anno-

---

* Scilicet, nisi me fefellit inter memorandum oculorum acies

* Pr. 22.	† Pr. 31.
S. Th. 24.	S. Th. 31.
Pe. 26.	Pe. 24.
Su. 38.	Su. 26.
Ag. 65.	Ag. 26.
Ch. 22.	Ch. 10.
Eum. 13.	Eum. 7.
210	155

unde conjicere est duas posteriores tragœdias minus accurate a summo viro pertractatas fuisse.

tazione sub testo Greco illustrata in Roma MDCCLIV." Textum refert Stanleianum, versionem habet, luculentam sane, Italicam, cum notis doctissimis Mich. Angel. Giacomelli, qui Cardinali Girolamo Colonnæ editionem suam dedicavit.

Morell. " Αἰσχύλου Προμηθεὺς δεσμώτης cum Stanleiana versione, Scholiis α, β (et γ ineditis) amplissimisque variorum notis, quibus suas adjecit, necnon Scholia de metro ac Anglicanam interpretationem T. Morell S. T. P. SS. R. et A. S. Londini MDCCLXXIII."

Textum exhibet Stanleianum; Variorum notas satis diligenter selectas, cum quibusdam ipsius, et interpretatione Anglicana, quæ tamen languidior est, et sine ullo incommodo abesse posset.

Brunck. " Æschyli tragœdiæ Prometheus, Persæ et Septem ad Thebas, Sophoclis Antigone et Euripidis Medea, ex optimis exemplaribus emendatæ. Argentorati ex officina Henrici Heitz Universitatis Typographi. MDCCLXXIX."

In textu emendando duo codices adhibuit Brunckius, qui sunt nobis Colb. 1. 2. quorum hic A, ille B, Brunckio dicitur, uti memoravimus. Notas subjecit maximam partem criticas, ad varietatem lectionis pertinentes, eruditas tamen. Brunckium plerumque sequitur Schutz. 1. ut in edit. 2. Porsonum.

Burt. et Burg. Septem contra Thebas in tragœdiarum delectu Pentalogia dicto edidit Joh. Burtonus Oxon. 1758. quam editionem emendatiorem suisque notis instructam duobus tomis Oxonii 1779. 8vo. repetiit eruditus ac Reverendus Vir Thomas Burgess nunc temporis Episcopus Menevensis. Varietatem lectionis in hanc fabulam e Codd. Med. Colb. 1. 2. Ask. A. B. C. D. et Cant. 1. cum Burtono communicavit Askevius. Textum Stanleii exhibet hæc editio, subjecta Varietate lectionis et notulis partim Variorum partim editoris. Ad finem Tomi secundi accedunt

observationes Th. Burgessii et lexicon breve additamentis ab ipso factis locupletatum.

Wakef. Eumenidas in Tragœdiarum delectu 2 Vol. 8vo. Lond. 1794. edidit Gilb. Wakefield. Multa in textu, suo more licenter, quædam docte, plura tamen infeliciter novavit. Notas adjecit satis eruditas, sed nimis festinanter scriptas, ut sunt Wakefieldiana fere omnia.

Herm. Æschyli Eumenidas, specimen novæ recensionis tragœdiarum Æschyli edidit Godfredus Hermannus, Professor Lipsiensis, Lips. 1799. 12mo. Merum textum a se recensitum continet, sine ulla lectionis varietate, notulis aut præfatione, editum.

Æschyli Sophoclis et Euripidis fragmenta edidit Jo. Meursius Lugd. Bat. 1619. Sententias insigniores inter Excerpta e poetis versione metrica donavit et notulis quibusdam instruxit H. Grotius.

Non prætereundæ sunt Æschyli versiones duæ, altera Anglicana satis animosa a R. Potter Londini anno 1779. edita, qui tamen Pauwio plus æquo favet; Gallica altera, eaque omnium quas novi interpretationum pulcherrima simul et doctissima, a F. J. G. De la Porte Du Theil facta, qui mentem Æschyli felicissime concepit et expressit. Eam itaque in poeta nostro illustrando sæpissime adhibui. Extat autem in nova editione Theatri Græcorum annis 1785, &c. Obiter moneo longe diversam esse hanc interpretationem ab illa, quam a Franc. Pompignan factam, sæpe, haud injuria, reprehendit Schutz. Ac dum hæc scribo in manus mihi venit editio ipsa Æschyli a Dutheilio concinnata quam prius frustra quæsiveram. Constat duobus tomis 8vo. Parisiis typis reip. anno 3. In præfatione hujus editionis queritur Dutheilius interpretationem suam, ipso absente typis mandatam, aliena, et sibi incognita manu, sæpe adeo fuisse mutatam ut eam vix ipse agnosceret.

Utrumque inter se conferendi occasionem nondum nacti

sumus, itaque judicium nostrum, editioni nostræ textus Æschyli mox proditaræ reservamus.

Idem quoque in Choricis Æschyli a viro rei metricæ et Græcæ linguæ peritissimo Car. Burney anno 1809. Cantabrigiæ editis, facturi sumus. Cum enim quatuor tragœdias e prelo prius emisissemus, quam Burneii Tentamen editum fuisset, melius nobis visum est lautam hanc supellectilem in editionem integram reservare.

Eadem de causa prætermittenda sunt Prometheus, Septem contra Thebas, Persæ, annis 1810. 1812. 1815. Cantabrigiæ docte simul et pulchre a Car. Jac. Blomfield editæ.

Restat jam ut de commentatoribus in Æschylum pauca dicamus, e quibus præcipui sunt Abresch. et Heath. quorum hic cum Pauwio acerrime digladiatur, multaque ejus commenta refutat, raro tamen ipse multa affert quæ ad loca maxime difficilia enodanda inserviant. Non quod ei defuerit eruditio, sed quod ut infimis longe superior, summis tamen inferior fuerit. Minus quippe valuit ingenio quam doctrina. De illo altero Brunckium audiamus, qui ad Sept. Th. 623. merita ejus sic expressit "Abreschii in Æschylum animadversiones immensam phrasium, exemplorum, locorum similium aut dissimilium et citationum congeriem continent, sed parum critici acuminis, et nihil fere quod ad Poetæ textum emendandum faciat, plurimas etiam falsissimas interpretationes."

Cf. quæ nos ibidem in eandem sententiam, sed paulo lenius diximus. Prodierunt autem Abreschii Animadversiones in Æschylum duobus tomis, 8vo. quorum prior Medioburgi anno 1743. alter Zwollæ anno 1763. editus est. Heathius autem Notas suas in Tragicos edidit Oxon. 1761. 4to.

In Persas quoque diatriben scripsit Siebelis anno 1794. qua sine magno literarum dispendio carere possumus.

Superest tantum ut alia quædam editionis nostræ subsidia indicemus.

Primo igitur in loco de Specimine Askeviano dicendum est, cujus hic est titulus.

"Novæ editionis Tragœdiarum Æschyli specimen, curante Antonio Askew M. B. Coll. Emman. apud Cantabrigienses haud ita pridem socio commensali: Lugd. Bat. 1746." Continet paginas 12. præmissa dedicatione ad illustrem medicum Ric. Mead, archiatrum regium. Sequitur specimen ex Eumen. v. 567—597. decerptum, textum et versionem Stanleianam exhibens cum Scholiis textui subjectis. Accedunt deinde notæ Variorum copiosissimæ, quas excipiunt ipsius Askevii notæ seorsim editæ, inter quas pulcherrima est emendatio v. 590. ubi pro οὖν reponitur οὐρανοῦ (sed ne sic quidem versui satisfactum est) cujus gratia hos versus in specimen editionis selectos arbitror, nam in cæteris ejus animadversionibus nihil est memoratu dignum. Postremam paginam occupant hic describendæ conditiones.

"1. Hæc editio chartæ optimæ imprimetur, et typis novis Græcis opera celeberrimi artificis Gulielmi Caslon sculptis, quales adhibiti sunt novæ editioni Plutarchi libelli de Iside et Osiride a Cl. Squire curatæ.

2. Absolvetur tribus quartæ formæ voluminibus.

3. Sumtus in typos Græcos et Latinos, item in chartam faciendi, et in corrigendi curam (opera enim dabitur ut prodeat liber quam potest emendatissimus) tot erunt et tanti, ut minoris constare quam duobus nummis aureis Anglicanis, quos vernaculo sermone appellamus GUINEAS, nequeat.

4. Ob intercedentia quædam negotia fieri nequit, ut

impressionem ejus libri e continenti nunc ordiamur. Quod quando fiet, significabimus publicis nuntiis. Interim pecuniam non accipiemus, antequam tertium volumen sub prelo revera sudet.

5. Interea temporis, donec ordiamur ipsam libri impressionem, rogamus eos, qui desiderio ejus tenentur, ut nomina sua Librario, quem quisque velit, suo dent; qui porro ad Joh. Arnold Langerak, Leidensem, Gulielmum Thurlbourn Cantabrigiensem, aut Joh. Whiston, aut Carolum Bathurst, Londinenses Librarios, curet. Plura enim non imprimentur exemplaria, quam subscriptores erunt, quorum nomina præfigentur.

6. Exstabunt in hâc editione observationes ad Æschylum omnes antea editæ, Turnebi, Robortelli, Sophiani, H. Stephani, Gul. Canteri, Stanleii, Arnaudi, Abreschii, et Pauwii, et ineditæ hactenus Aurati, Jacobi, Jos. Scaligeri, Grotii, Falkenburgii, Is. Casauboni, Bourdelotii, Pearsonii, Is. Vossii, Stanleii, Spanhemii, et aliorum doctorum virorum, deinde collatio triginta et quinque codicum Manuscriptorum Æschyli, Index porro rerum et verborum, Notæ tandem Editoris, et ejusdem liber de metro Græco tragico."

En προσῶπον τηλαυγὲς, ac, si nummos spectes Anglicanos "quos vernaculo sermone appellamus GUINEAS" vere aureum. Ex his autem, quæ sexto loco commemorat Askevius, subsidiis, longè majori parte, ac tantum non omnibus nos etiam usi sumus. Nam quod ingentem Codicum vim ab Askevio memoratam attinet, vereor ut eorum collatio in tribus prioribus fabulis multo plus lucis afferre potuisset quam nunc habemus. Quicunque enim sunt antiquitate vel fide spectatissimi, excepto Veneto illo præstantissimo nondum collato, et si qui in Hispaniâ delitescant, eorum lectiones in hanc nostram editionem contulimus. Qui sunt

serioris sæculi easdem lectiones sæpe referunt, ab eodem scilicet archetypo transcriptas. Hinc inter Codices a nobis adhibitos Guelph. et Ven. 1. *tantum non semper* consentiunt. Quod autem ad priorum editorum observationes pertinet, eas nos omnes summâ fide edidimus. Ad ineditas quod spectat, magnam quidem segetem promittit Askevius, quam tamen haud adeo uberem fuisse mihi persuasissimum est. Nihil enim amplectebantur nisi emendationes ad loca quædam haud ita multa, atque exceptis Grotii, Falkenburgii, et Spanhemii quæcumque fuerint, conjecturis, jam erant a Stanleio in curis secundis occupatæ. Qua de re jam antea diximus in præfatiuncula nostra primo volumini præmissa. Sed ne quis hoc in dubium vocet, quod Askevius in suum ex Needhami exemplari transtulit, lectoris judicio permittimus. Hæc igitur Needhamus et post eum Askevius.

LVI.

Κυνοκεφάλϐς καὶ ςερνοφθάλμϐς καὶ μονομμάτϐς.

Strabo, I. p. 43.

LVII.

——ἀφ' ὖ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται.

——a quo Rhegium nominatur. Idem VI. p. 258.

LVIII.

Ἀλλ' ἱππικῆς βοτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.

Gens justa et equis pascendis dediti Scythæ.
Idem VII. p. 301.

LIX.

Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον.
Cypri Paphique sortem totam obtinens.
Idem VIII. p. 341.

LX.

Βουρὰν θ' ἱερὰν καὶ Κεραυνίας Ῥύπας.
Idem VIII. p. 387.

LXI.

Κύδισ' Ἀχαιῶν, Ἀτρέως
Πολυκοίρανε, μάνθανε μου, παῖ,
Inclytissime Achivorum, Atrei fili,
Imperator summe, audi me. Aristoph. in Ran. ỷ. 1301.

LXII.

Εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι,
Δόμον τ' Ἀρτέμιδος πέλας οἴγειν.
Favete mellarii
Domum Dianæ prope aperire. Aristoph. in Ran. ỷ. 1305.

LXIII.

Ἥρα τέλεια, Ζηνὸς εὐναία δάμαρ.
Juno jugalis, Jovis uxor consors tori.
Schol. Pind. in Nem. X. 31.

LXIV.

Μήτε κρώσσους, μήτ' οἰνηροὺς, μήθ' ὑδατήρους λιπεῖν ἀφνειοῖσιν δόμοισι.
Neque urceos, nec vinaria, neque hydrias in opulentis relinquere domibus. Jul. Pollux. V. 3.

LXV.

Ὀξυγλυκίαν τ' ἄρα κοκκιεῖς ῥοάν.
Acidi mali punici grana decerpes. Idem VI. 11.

LXVI.

Σειραφόρον τε καὶ κριθιῶντα πῶλον.
Catenatum, et e pastu lascivientem equum.
Idem VII. 5.

LXVII.

Σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι.
Tu vero textilibus trimitinis telis. Idem. VII. 18.

LXVIII.

Λῦταί γε μὴν λυτήριον αὐτὸ δεύτερον.
Lotum est quidem lavacrum hoc secundo.

LXIX.

Ἀλλ' ἐκ μεγίςων εὐμαρῶς λυτηρίων.
Sed facile ex maximis lavacris. Idem. VII. 33. et X. 10.

LXX.

Τοσαῦτα, κῆρυξ, ἐξ ἐμῦ διάρτασον.
Talia, præco, a me refer. Etymol. in Ἄρταμος.

LXXI.

Σπίδιον μῆκος ὁδῦ.
Immensa viæ longitudo. Idem in Δι' ἀσπίδεος.

LXXII.

Θινὸς ἐμβολὰς ἁλός.
Illisiones fluctuum maris. Idem in Θίς.

LXXIII.

Καὶ νεοκράτας σπονδάς.
Et recens-mixtas libationes. Idem in Κρήνη.

LXXIV.

Ἐξ ἀντιαίας ὔτε πέμφιξ ἡλίυ
Προσδέρκεται, ὔτ' ἀςέρων ςόμα Λητώας κόρης.
Ex adverso neque radius solis
Aspicitur, neque sidereum os Latoniæ puellæ.
Galen. de Morb. Epid. VI.

LXXV.

Ἰωνικὴν ῥῆσιν ἐκτείνας
Ionicum sermonem proferens. Athen. XIII. 4.

LXXVI.

῞Ο, τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ ϛόμα

Quicquid in buccam venerit. Plato de Rep. VIII. p. 563. B.

LXXVII.

——ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον.

——alterum hominem alteri civitati esse convenientem. Plato de Repub. p. 550. C.

LXXVIII.

Δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν.

Eustath. in Il. β'. 520. et Etymolog. in Δαυλίς.

LXXIX.

——κάπηλα προφέρων τεχνήματα.

Etymolog. in Κάπηλος.

LXXX.

[Πρὶν ἂν παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνε
Αὐτός σε χρᾶναι Ζεὺς καταϛάξας χεροῖν.

Eustath. in Il. τ'. 254.]

LXXXI.

[῞Ος εἶχε πώλεϛ τέτταρας ζυγηφόρες
Φιμοῖσιν αὐλωτοῖσιν ἐϛομωμένας.

Eustath. in Il. σ'. 494.]

LXXXII.

Σχελίδας. Schol. Aristoph. ad Equit. ℣. 361.

LXXXIII.

Κραναά. Idem. ad Acharn. ℣. 75.

LXXXIV.

῞Ωζω. Eustath. ad Il. α'. 417.

LXXXV.

Πέδοι. Idem ad Il. α'. 574.

LXXXVI.

Ψίλης. Idem, ad Il. Ε'.

LXXXVII.

Ἐν διῤῥυμίᾳ πῶλοι. Idem, ad Il. Θ'.

LXXXVIII.

Ἀφθονέστερον. Idem, ad Il. Ι'.

LXXXIX.

Σπίδιον. Idem, ad Il. Λ'. 753.

XC.

Στομίς. Idem, ad Odyss. Ε'. 313.

XCI.

Μυχθίζειν. Idem, ad Odyss. Ω'. 415.

XCII.

Αἴνηθος. Steph. de Urb.

XCIII.

Θέοινος. Harpocrat.

XCIV.

Ἄστομον ἵππον. Pollux. II. 4.

XCV.

Λάλησις et ἀπαραλάλητος. Idem, II. 4.

XCVI.

Πέλυτρα. Idem, II. 4.

XCVII.

Κόραξ, Ἁρπυία, Χάρων, Λυκίτας, nomina canum Actæonis. Idem, V. 5.

XCVIII.

Καταφαγάς. Idem, VI. 7.

XCIX.

Ἡμίοπον αὐλόν. Idem, VI. 37.

C.

Νίπτρα. Ibid.

CI.

Ἀλαβαστροφόρον. Idem, VII. 33.

CII.

Οὐράνη. Idem, X. 9.

CIII.

Ὀστέων στέγαστρον. Idem, X. 47.

CIV.

Αὐτορεγμόνος et ἑαυτορεγμόνος Hesych.

CV.

Ἑδανοῖς. Idem.

CVI.

Λέαινα ἠριγένεια. Idem in Ἠριγένεια.

CVII.

Ἴττυγα. Idem.

CVIII.

Κεχρηματίσθαι. Idem.

CIX.

Ὀπισθοβριθὲς ἔγχος. Idem in Σαυροβριθές

CX.

Ἀμφίς. Etymolog. Magn.

CXI.

Ἀσαλὴς μανία. Idem in Ἀσαλής.

CXII.

Ἀσχαδές. Idem.

CXIII.

Ἄχνη. Idem.

CXIV.

Τριστόζωος. Idem, in Δὶς καὶ τρίς.

CXV.

Ἐξαυστήρ. Idem.

CXVI.

Πλάστιγξ. Idem.

CXVII.

Τέθριππον ζεῦγος. Idem in Ζεῦγος.

CXVIII.

Ἀνδρῶν γάρ ἐστιν ἐνδίκων τε καὶ σοφῶν
Ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.
Virtute præditorum est et sapientium
Non succensere in rebus adversis Deo.
Plutarch. de Consolat. ad Apollon. p. 116.

CXIX.

Οὐδ' ἄποθεν εἶδες αὐτὸν, οὐ γὰρ ἐγγύθεν
Ὁρᾷς, γέρων δὲ γραμματεὺς γενοῦ σαφής.
Non de longinquo vidisti, nec de propinquo
Cernis; senex vero scriba perspicuus esto.
Idem, Sympos. I. 8.

CXX.

Λαβὼν γὰρ αὐτόθακτον Εὐβοϊκὸν ξίφος.
Sumens acutum mucronem Euboicum manu.
Idem de Oraculorum defectu, p. 434.

CXXI.

Ὑψηλὸν ἠβάσασα τεκτόνων πόνον.
——flamma corripit
Altum invalescens fabrorum laborem.
Idem de Ira cohibenda, p. 454.

CXXII.

Ἀγρεὺς δ' Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνει βέλος.

Venator Apollo sagittam recta dirigit.

Idem in Amatorio, p. 757.

CXXIII.

Τῦ πηλοπλάςυ σπέρματος θνητὴ γυνή.

Tzetzes in Hesiod. Ἔργ. 46.

CXXIV.

Βρότειος ἄρος ἄτα.

Mortalium lucrum damnum est. Eustath. in Odyss. Α'. 1422.

Ἀπὸ δὲ τῦ ἀρῶ, καὶ ἄρος τὸ ὄφελος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἱκέτισι· βρότειος ἄρος, ἄτα. Ἤτοι τὸ εὖ τῶν βροτῶν καὶ τὸ ὄφελος, ἄτη ἐςίν. Ubi tamen non comparet.

CXXV.

[Ἐξ ὀσφυαλγῦς καὶ ὀδυνοσπάδυς λυγρῦ

Γέροντος. scil. γέγονεν εὐπρεπές. Plutarch. Stoicos quam Poetas absurdiores, p. 1057.]

CXXVI.

——[ἔρχεται

Τἀληθὲς ἐς φῶς ἐνίοτ' ὐ ζητύμενον.

Stob. Serm. X.]

CXXVII.

[Ἀποφώλιοι· ξένοι· Οἱ φύλην μὴ νέμοντες. Οὕτως Αἰσχύλος. Suid.]

CXXVIII.

[Καλλάϊνον χρῶμα. Αἰσχύλος ἐν ποικίλοις χρώμασι. Suid.]

CXXIX.

[Ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθηράσθαι ςόμα·

Plutarch. de Isid. et Osis, p. 558.]

CXXX.

[Τὸ φυξίμηλον τῶν μικρῶν ἐςὶ καὶ χαμαιζήλων φύτων ὢν ἐπίοντα τὰς βλαςὰς τὰ βοσκήματα κολέει καὶ ἀδικεῖ καὶ λυμαίνεται τὴν αὔξησιν. Ὅταν γὰν ἀναδραμόντα μέγεθος λαβῇ καὶ διαφυγῇ τὸ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων, φυξίμηλα καλεῖται. Τὸ δὲ μαρτύριον, Αἰσχύλος. Plutarch. Quæst. Græc. p. 293.]

CXXXI.

[Ἄνω ποταμῶν. Hesych. Ἄνω ποταμῶν. Παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐνάντια γινομένων. Κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης.]

CXXXII.

[Ἄναξ, θηλυκῶς, Suidas in Ἄναξ. Portus. Ἄναξ genere fœminino positum reperitur, pro communi ἄνασσα. Rex pro regina. Sic Æschylus, N. L.]

CXXXIII.

[Αἰγίνη δ' αὐτὴ πρὸς νότυ κεῖται πνοάς.
Ægina ipsa versus Austri flatus sita est.
Strabo, IX. p. 393.]

CXXXIV.

['Αποφύλιοι· ξένοι οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Αἰσχύλος Σατυρικῷ. Hesych. Vir doctissimus Is. Casaub. in Athen. p. 723. et de Satyra, p. 176. ex Proteo Satyrico depromptum censet, itaque inserit Πρωτεῖ. Sed cum alias Satyras scripserit Æschylus, ἐπέχω.]

CXXXV.

[Τίνων δὲ ἐςιν ὡς μὴ περιεχόμεθα, Κρῆτας ἢ Πέρσας Αἰσχύλος ἐρεῖ. Jul. Pollux. Onomast. VII. 60.]

CXXXVI.

[Καὶ χλαῖναν δὲ παχεῖαν, ἣν χεῖμ' ἀμυνεμέναι Αἰσχύλος, Ὅμηρος δὲ ἀλεξάνεμον κέκληκεν. Jul. Poll. VII. 16. Sylburgius legit χειμάμυναν. Hesych. Χειμάμυνα, ἣν Ὅμηρος ἀλεξάνεμον λέγει.]

CXXXVII.

[Αἵματός ἐςιν ἡ ἀρέτη ὠνία. Vide Guell. ad Æn. IX. 206. *Qui vita bene credat emi.*]

CXXXVIII.

Tradit quod qui aliquem interfecerant, sanguinem partium amputatarum ejus gustare et expuere soliti fuere. Etymol. in Ἀπάργματα.

CXXXIX.

Convivas induxit de seriis tractantes.

Athen. Deipnos. IV. 25.

CXL.

Nemea certamina instituta tradit in memoriam Archemori, filii Nemeæ. Schol. Pind. in Argum. Nemeor.

ELEGIACA.

I.

Κυανέη καὶ τούσδε μενέγχεας ὤλεσεν ἄνδρας
Μοῖρα, πολύῤῥηνον πατρίδα ῥυομένυς.
Ζωὸν δὲ φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γύιοις
Τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

Atra etiam hos hasta-validos perdidit viros
Parca, pecorum-abundantem patriam liberantes.
Viva vero mortuorum est laus, qui olim membris
Perferentes Ossæum induerunt pulverem.

Antholog. III. 5.

II.

Βριθὺς ὁπλιζοπάλας δάϊος ἀντιπάλοις.

Fortis armatus infestus hostibus.

Plut. de Fortuna Rom. p. 317.

THOMÆ STANLEII

IN VITAM ÆSCHYLI

COMMENTARIUS.

ΒΙΟΣ ΑΙΣΧΥΛΟΥ. Chamæleontis de Vita Æschyli librum laudat Lilius Giraldus, de Poet. Hist. Dial. 6. sane ἐν τῷ περὶ Αἰσχύλου bis citatur ab Athenæo, IX. 4. et X. 7.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ. Etymologici Magni auctor (sive is Ilicias Grammaticus fuerit, ut eruditissimo Isaaco Vossio placet, in Melam. 102. sive quis alius,) Αἰσχύλος, ὁ ποιητὴς ὁ τραγῳδοποιός· Παρὰ τὸ αἶσχος Αἰσχύλος, ὡς σιμὸς Σιμύλος.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ Ο ΤΡΑΓΙΚΟΣ. Plures fuisse Æschylos præter Atheniensem nostrum Tragicum comperimus. Ex his unus Alexandrinus, cujus citantur Amphitryo et Messeniaca. Athen. Deipn. XIII. 8.

Τίς δ' ἐστ' ἀνάγκη δυστυχεῖν ἐν πλείοσιν,
'Εξὸν σιωπᾷν, κἀν σκότῳ κρύπτειν τάδε;

Αἰσχύλος ἔφη ὁ 'Αλεξανδρεὺς ἐν 'Αμφιτρύωνι. Οὗτος δ' ἐστὶν Αἰσχύλος ὁ τὰ Μεσσηνιακὰ ἔπη συνθεὶς, ἀνὴρ εὐπαίδευτος. [Arundeliana Epocharum Stela, L. 47. 'Αφ' οὗ 'Αρχίας Εὐαγήτου δέκατος ὢν ἀπὸ Τημένου ἐκ Κορίνθου ἤγαγε τὴν ἀποικίαν εἰς Συρακούσας, ἔτη ΗΗΗΗ[Δ]ΔΔΔΔΙΙΙΙ βασιλεύοντος 'Αθηνῶν Αἰσχύλου ἔτους εἰκοστοῦ καὶ ἑνός. *A quo Archias Evageti filius, cum decimus esset a Temeno, e Corintho coloniam eduxit Syracusas, anni* CCCCXCIIII, *regnante Athenis Æschylo, anno vicesimo primo.*]

Fuit et alius Hippocratis Chii discipulus, Aristoteli laudatus, Meteorol. I. 6. Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸν Χῖον, καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Αἰσχύλον, ἀπεφήνατο. Et mox, καθάπερ φησὶν Αἰσχύλος, καὶ Ἱπποκράτης.

Fuit et eo nomine Corinthius, frater uxoris Timophanis, unus e domesticis Timoleontis: ὅτε παραλαβὼν τῶν μὲν οἰκείων Αἰσχύλον, ἀδελφὸν ὄντα τῆς Τιμοφάνους γυναικός. Plut. in Timoleonte. p. 237.

Alius rursus Xenophontis libertus, pro quo orationem scripsit Dinarchus (testis est Dionysius Halicarnassensis in ejus Vita) cujus epigraphe, πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου.

Etiam alius, Cnidius, Orator, Ciceroni coætaneus; cujusque ipse meminit in Bruto, c. 91. *Post a me Asia tota peragata est, cum*

summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo judicio, tota Asia illis temporibus disertissimus: et si nihil habere molestiarum, nec ineptiarum, Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. Assiduissime autem mecum fuit Dionysius Magnes. Erat etiam Æschylus Cnidius, Adramittenus Xenocles. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Iterum, c. 95. *Exornato et faceto genere verborum: in quo fuit Æschylus Cnidius, et, meus æqualis, Milesius Æschines.*

Laudatur et Æschylus autor libri de Proverbiis, ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν, Zenobio, V. 85. qui an ex prædictis fuerit non liquet. [Æschylus nescio quis apud Diog. Laert. in Vita Menedemi II. Segm. 141.]

Sunt qui his adnumerant Æschylum Siculum. Favet Macrobius, Saturn. V. 19. *Ita et Dii Palici* (inquit) *in Sicilia coluntur, quos primum omnium Æschylus Tragicus vir utique Siculus in literas dedit.* Dein paucis præmissis subdit: *Æschyli Tragœdia est quæ inscribitur ÆTNA, in hac cum de Palicis loqueretur sic ait,* Τί δῆθεν αὐτοῖς, &c. Ex his vero satis liquet Æschylum Siculum cum Atheniensi nostro eundem fuisse, qui (ut mox Biographus) in Siciliam demigrans, quo tempore Hieron Ætnam conderet, Ætnas Tragœdiam admodum splendide edidit, felicem incolis vitam auspicatus: ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. Etiam in catalogo tragœdiarum recensentur, Αἰτναῖοι γνήσιοι, καὶ νόθοι. Nec mirum est pro Siculo haberi Atheniensem, quem in Sicilia versatum Siculis dictionibus sæpe usum fuisse refert Athenæus, IX. 14. Ὅτι δὲ Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλάκις κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς, οὐδὲν θαυμαστόν.

ΓΕΝΟΣ ΜΕΤΑ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Ita et Suidas, Αἰσχύλος Ἀθηναῖος Τραγικός. Eo tandem Atheniensis tragœdiæ gloria progressa est, ut nemo nisi qui Athenis probatus esset, poetæ nomine dignus censeretur. Plato Lachete, p. 183. ὃς ἂν οἴηται τραγῳδίαν καλῶς ποιεῖν, ἐκ ἔξωθεν κύκλῳ περὶ τὴν Ἀττικὴν κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιδεικνύμενος περιέρχεται, ἀλλ' εὐθὺς Ἀθήναζε φέρεται.

ΓΕΝΟΣ ΜΕΝ ΗΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ, ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ ΤΗΝ ΔΗΜΟΝ. Etenim Eleusis urbs fuit Atticæ; Phavorinus, ἔστι δὲ πολὺ πλῆθος Ἀθηναίων· ὡς ὁ Θεολόγος. Nec populosa tantum, sed et Cereris templo sacrisque celeberrima; Strabo IX. 395. Εἶτ' Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας· quo allusisse tradit Aristophanem Interpres Græcus, cujus sub persona Æschyli hæc sunt verba: Ran. ӯ. 913.

Δήμητερ, ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα,
Εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.

Παρόσον, inquit Scholiastes, Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον ὁ Αἰσχύλος ἦν.

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ ΤΗΝ ΔΗΜΟΝ. Eleusin inter 174 δήμους, seu pagos, a Theseo constitutos, recenset Polemo apud Strab. IX. 396.

Ἐκείνῳ τε εἰπὼν ἵνα τῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων. Sunt vero qui ad tribum Ἱπποθοωντίδα pertinuisse velint.

ΥΙΟΣ ΕΥΦΟΡΙΩΝΟΣ. Ita etiam Suidas: et Herodotus II. 156. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ οὐδενὸς ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ φράσω, μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων· quo magis miror Lilium Giraldum, Poet. hist. Dial. VI. dixisse, *Herodotus tamen Euphranorem, non Euphorionem, appellasse videtur.* Aliter etiam, inter cæteros, Pausanias, Corinth. II. 24. Αἰσχύλος δὲ ὁ Εὐφορίωνος καλεῖ Δία καὶ τὸν ἐν θαλάσσῃ. Et in Arcad. c. 37. Δήμητρος δὲ Ἄρτεμιν θυγατέρα εἶναι, καὶ οὐ Λητοῦς, ὄντα Αἰγυπτίων τὸν λόγον Αἰσχύλος ἐδίδαξεν Εὐφορίωνος τοὺς Ἕλληνας. Unde restituendus Clemens, Strom. V. p. 603. Ὁ, τε Εὐφορίων, ὅ τε Αἰσχύλος (lege ὅ, τε Εὐφορίωνος Αἰσχύλος) ἐπὶ τοῦ Θεοῦ σεμνῶς σφόδρα φησὶν, Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, κ. τ. λ.

ΚΥΝΑΙΓΕΙΡΟΥ ΑΔΕΛΦΟΣ ΚΑΙ ΑΜΕΙΝΙΟΥ. Hinc supplendus Suidas, Υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος καὶ Κυναιγείρου, τῶν εἰς Μαραθῶνα ἀριστευσάντων ἅμα αὐτῷ. Lege, Υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, Ἀμεινίου ἀδελφὸς καὶ Κυναιγείρου.

ΑΜΕΙΝΙΟΥ. Diodorus Siculus Ἀμυνίαν vocat, XI. 257. ut et Ælianus, Var. Hist. V. 19.

ΕΞ ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ΕΧΩΝ. Hesych. Εὐπατρίδαι, αὐτόχθονες, οὐχὶ ἐπήλυδες. Ubi cf. Guietum. Ex eadem familia Pindarus, de quo Thomas Magister in Vita ejus, Γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Αἰσχύλου, καὶ συγγεγένηται αὐτῷ.

ΝΕΟΣ ΔΕ ΗΡΞΑΤΟ ΤΩΝ ΤΡΑΓΩιΔΙΩΝ. Cum Pratina decertasse Olympiade LXX. autor est Suidas: at si quis calculos subducet, anno primo hujus Olympiadis non nisi 20 annos natum reperiet. Qua vero occasione ad Tragœdiam scribendum adeo juvenis animum appulit, discimus ex Pausaniæ Atticis, c. 21.; nimirum puero dum uvas custodiret in agro dormienti Bacchum id imperasse. Ἔφη δὲ Αἰσχύλος μειράκιον ὢν καθεύδειν ἐν ἀγρῷ φυλάσσων σταφυλὰς, καί οἱ Διόνυσον ἐπιστάντα, κελεῦσαι τραγῳδίαν ποιεῖν· ὡς δὲ ἡμέρα (πείθεσθαι γὰρ ἠθέλειν) ῥᾷστα ἤδη πειρώμενος ποιεῖν· οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν. Ex eo forsan ansa commento data, quod vinosus Tragœdias suas scriberet, cujus rei testes laudant, Callisthenem Lucianus, in Encom. Demosth. c. 15. Οὐ γὰρ, ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη που, λέγων τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν, ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν· et Chamæleontem Athenæus, I. 19. Μεθύων δὲ ἐποίει τὰς τραγῳδίας Αἰσχύλος, ὥς φησι Χαμαιλέων. Quapropter Sopater Rhetor Διονύσου ἐραστὴν compellavit; objecitque ei Sophocles Athen. I. 18. etiamsi ea traderet scriptis quæ oporteret, id tamen inscientem facere; Σοφοκλῆς οὖν ὠνείδιζεν αὐτῷ, ὅτι εἰ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖ, ἀλλ' οὐκ εἰδώς γε. Et eandem ob causam omnes ejus Fabulas Baccho tribuit Gorgias apud Plutarchum, Sympos. VII. 10. Ὥσπερ καὶ τὸν Αἰσχύλον ἱστοροῦσι τὰς τραγῳδίας ἐμπίνοντα ποιεῖν· καὶ οὐχ, ὡς Γοργίας εἶπεν, ἓν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μέγιστον Ἄρεως εἶναι, τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. Sic enim distingui debet iste locus, quo in explicando mire cæcutit Interpres: ubi tamen pro μέγιστον Ἄρεως legerim μεστὸν Ἄρεος· Alludit enim proculdubio Gorgias ad Æschyli dictum, cujus meminit Aristophanes in Ranis, ỳ. 1053.

ΑΙ. Δρᾶμα ποιήσας Ἄρεως μεστόν. ΕΥ. Ποῖον; ΑΙ. Τὰς Ἑπτ' ἐπὶ Θήβας.

ΚΑΙ ΠΟΛΥ ΤΟΥΣ ΠΡΟ ΑΥΤΟΥ ΥΠΗΡΕ. Qui Æschylum antecesserunt in docendis Tragœdiis celebres, perpauci numerantur. Sunt qui Theomin quendam, Oresti coætaneum, Tragœdiæ inventorem prædicant; quem Minos et Auleas secuti sint. Scholiastes vetus, ἐν τοῖς χρόνοις Ὀρέστου ἐθαυμάζετο παρ' Ἕλλησι Θεόμις, ὃς πρῶτος ἐξεῦρε τραγῳδικὰς μελῳδίας· καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα· καὶ μετ' αὐτὸν Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλέας χορὸς τραγικὸς συνεστήσατο.

Alii primum Tragœdiæ auctorem faciunt Epigenem Sicyonium, a quo Thespin decimum sextum tradunt. Suidas, Ὁ Θέσπις ἑκκαιδέκατος ἀπὸ πρώτου γενομένου τραγῳδοποιοῦ Ἐπιγένους Σικυωνίου. Hos vero non adeo artis Tragicæ rationem habuisse verisimile est, quam τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, quorum meminit Aristoteles Poet. c. 4. numerorum, sc. innumerorum, sine arte, ex quibus Poesin ipsam ait esse prognatam.

Porro his duabus omissis sententiis, liceat nobis pedibus ire in tertiam, a parte magna et meliori scriptorum proditam, qui Thespin auctorem primum Tragœdiæ agnoscunt. Horat. de Art. Poet. v. 275.

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis.

Et Plutarchus in Solone, p. 75. ἀρχομένων τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. Thespis iste Atheniensis fuit, pago Icarius; floruit circa Olympiadem L. Soloni æqualis, prout ex Plutarcho et Diogene Laertio (in Solone) licet colligere. [Marmor Arundelianum l. 58. Ἀφ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς ἐξ ἁμάξης πρῶτος ἐδίδαξεν Ἄλκηστιν, καὶ ἐτέθη ὁ τράγος, ἆθλον νικήσαντι, ἔτη ΗΗ[Δ]ΔΔΙΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀλκαίου τοῦ προτέρου. *A quo Thespis poeta e plaustro prius docuit Alcestin, et hircus pro præmio victori proponebatur, anni* CCLXXII *Archonte Athenis Alcæo priore.* Ubi vide quæ a viris doctis sunt annotata.]

Floruit etiam ante Æschylum, in re tragica celebre nomen adeptus, Phrynichus Atheniensis, cujus Fabulas recenset Suidas. Æschylum haud multo antecessisse argumento est, quod Græcorum in Xerxem victoriam Fabula quadam, *Phœnissæ* inscripta, exhibuit: antecessisse vero, quod Æschyli Persæ ex eadem Tragœdia fuerint concinnatæ; sicut prodit Glaucus ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων, a Scholiaste Æschyli laudatus. [Et quod rogatus a fratribus ut in Apollinem Pæana scriberet, respondebat a Phrynicho fieri optimum: Porphyr. de Abstin. II. 18. Τὸν γοῦν Αἰσχύλον φασὶν τῶν ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν θεὸν γράψαι παιᾶνα, εἰπεῖν ὅτι βέλτιστα Τυνίχῳ (v. c. J. Valentinus Φρυνίχῳ rectius) πεποίηται.] Hisce duobus qui Æschylum proculdubio præcesserunt annumeratum in Vita Robortelli editioni affixa tertium reperimus, Chœrilum. Λογιζέσθω δὲ ὅτι πολλῷ χαλεπώτερον ἐπὶ Θέσπιδι ἦν, Φρυνίχῳ τε,

καὶ Χοιρίλῳ, εἰς τόσονδὲ μέγεθος τὴν τραγῳδίαν προσαγαγεῖν, ἢ ἐπὶ Αἰσχύλῳ εἰπόντι εἰς τὴν τοῦ Σοφοκλέους ἐλθεῖν τελειότητα. Sane Chœrilum Olympiade LXIV. vel natum esse, vel Tragœdias suas cœpisse publicare, ex Suidæ verbis licet conjicere, Χοιρίλος, Ἀθηναῖος τραγικὸς ξδʹ Ὀλυμπιάδι· καὶ εἰς ἀγῶνας.

Pari forsan ratione inter hos recensendus erit Pratinas, quem circa Olympiadem LXX. floruisse tradit Eusebius; qua etiam Olympiade cum Chœrilo, et Æschylo, non nisi vicesimum annum agente, decertasse ex Suida discimus in Voce Πρατίνας.

Ab his itaque inchoatam Tragœdiam, non modo quatenus ad scriptionem attinet, κατὰ τὴν ποίησιν, sed et in apparatu scenico, omnibus pene numeris perfecisse Æschylum, tradit biographus: Quibus de causis non immerito Athenienses eum Tragœdiæ patrem agnoverunt. Philostr. de Vita Apollonii, VI. 11. ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν αὐτὸν τῆς τραγῳδίας ἡγοῦντο.

ΚΑΤΑ ΤΕ ΤΗΝ ΠΟΙΗΣΙΝ. Æschylum decessores in re tragica antecelluisse haud ita mirum est, ac ab iis qui ipsum secuti sunt non antecelli. Vexatissima sane fuit apud veteres hæc quæstio; Tres tragicos celeberrimos, unum atque idem fœcundissimum ingeniorum tulit sæculum, Æschylum, Sophoclem, et Euripidem, quibus omnis posteritas fasces submisit. Horum trium imagines erigi curavit Lycurgus, et Tragœdias exscriptas ἐν κοινῷ servari. Plutarchus, in Lycurgo, p. 841. Εἰσήνεγκε δὲ καὶ τὸν νόμον, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν γραμματέα τῆς πόλεως παραγινώσκειν. Meminit harum Imaginum et Pausanias in Atticis, c. 21. De tribus hisce tragicis scripsere cum alii, tum Heraclides Ponticus, cujus librum Περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν citat Diogenes Laertius in Vita Heraclidis, V. Segm. 88. Porro quis horum palmam tulerit in tragœdia, apud veteres maxima fuit dissertatio. Aristophanes in Ranis Æschylo primas, Sophocli secundas, Euripidi postremas partes attribuit. At si quis objecerit, ejus minoris auctoritatis esse judicium, quod ira et simultate in Euripidem motus, non sine partium studio censuram tulerit; audiat is ipsum populum Atheniensem, qui Æschylum patrem tragœdiæ agnoverunt, et ejus solius post mortem exhibenda dramata decreverunt. Philostrat. de Vita Apollon. VI. 11. Ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν αὐτὸν τῆς τραγῳδίας ἡγοῦντο, ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα ἐς Διονύσια· τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκετο, καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. Idem referunt Aristophanes, Scholiastes ejus, et Biographus noster.

Sunt vero qui primas Sophocli deferendas statuant. Biographus noster (ex editione Robortelli) ὅς τι δοκεῖ θαυμαστόν τι καὶ τελειότερον τραγῳδίᾳ ποιητὴν Σοφοκλῆ γεγονέναι, ὀρθῶς μὲν δοκεῖ. In eandem ferri sententiam videtur Dio Chrysostomus Orat. LII. p. 552. qui postquam horum inter se comparationem instituisset, mox subductis calculis hanc summam facit disceptationis suæ, Ὅ, τι Σοφοκλῆς μέσος ἔοικεν ἀμφοῖν εἶναι, ὅτι τὸ αὐθάδες καὶ ἁπλοῦν τὸ τοῦ Αἰσχύλου ἔχων, ὅτι τὸ ἀκριβὲς καὶ δριμὺ καὶ πολιτικὸν τὸ τοῦ Εὐριπίδου, σεμνὴν δέ τινα καὶ μεγαλοπρεπῆ ποίησιν

τραγῳγωτα καὶ εὐεπ * * ἔχουσαν· ὥστε πλεῖστον εἶναι ἡδονὴν (lego ὥστε πλείστην ἡδονὴν, vel, ὥστε πλεῖστον εἶναι ἐν τῷ ἡδονὴν, nam quod editur corruptum est) μετὰ ὕψους καὶ σεμνότητος ἐνδείκνυσθαι. Accedit et Lucianus, fingens nescio quem Sophoclis et Euripidis versus ad libram ponderantem, et illam Euripidis lancem tanquam leviorem semper μετέωρον ἔσεσθαι. [Theodoretus de M. Arethusio, Τὸ δὲ Μάρκου δρᾶμα τῆς Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους μεγαληγορίας δεῖται, ἵν' ἀξίως τὰ ἐκείνου τραγῳδήσωσι πάθη.]

Nec tamen desunt qui Euripidi principatum attribuunt. Horum est Aristoteles, qui Poet. c. 13. Euripidem τραγικώτατον τῶν ποιητῶν φαίνεσθαι infit.

Cautius vero agunt qui singulis suum quasi pensum distribuunt. Plutarchus Æschylo στόμα, Sophocli λογιότητα, Euripidi σοφίαν. Cui consentit Phrynichus apud Photium, p. 327. statuens τῶν τραγικῶν Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον, καὶ Σοφοκλέα τὸν γλυκὺν, καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην. Habet sane horum quilibet aliquid in quo cæteris præluceat. De grandiloquentia Æschyli mox dicendum erit. Sophocles tantæ erat in carmine suavitatis, ut apiculæ, τῆς μελίττης, nomen obtinuerit; quo postea nomine Xenophon in Historia floruit. Sapiens dicitur Euripides, ut qui sit *sententiis densus, et* (ex censura Quintiliani Instit. X. 1.) *in iis quæ a sapientibus tradita sunt pene ipsis par*. Unde Anaxagoræ et Socratis discipulum possitis agnoscere.

ΚΑΙ ΤΗΝ ΔΙΑΘΕΣΙΝ ΤΗΣ ΣΚΗΝΗΣ. Scenæ antiquitus, cum adhuc tragœdia in lacte quasi et fasciis esset, e ramis et frondibus confectæ erant; cum racemis ac corymbis, quasi umbracula quædam quæ parietes non haberent, ait Servius, Ovidium secutus,

Illic quas tulerant nemorosa palatia frondes
Simpliciter positæ scena sine arte fuit.

Postea casæ cum cellis effectæ; postremo magnifice exornatæ sunt: hanc demum perfectionem contulit Æschylus; de qua intelligendus Vitruvius Architect. VII. Procem. *Namque primum Agatharchus Athenis, Æschylo docente*, (tragœdias proponente) *tragicam scenam fecit, et de eo commentarium reliquit*. [Ex eo moniti Democritus et Anaxagoras de eadem re scripserunt.] Porro Æschylus, ut inquit Dioscorides (in Epigram.) τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν· et primus Scenam ornavit picturis, machinis, aris, sepulchris, tubis, spectris, et Diris: quæ omnia in Vita Æschyli, MSto Oxoniensi et editione Robortelli præfixa, enumerantur. Τὴν δὲ σκηνὴν ἐκόσμησε, καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, Ἐριννύσι. Machinis usum fuisse tradit et Eustathius in Iliad. Σ'. 539. ubi clypeorum insignia ait in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις descripsisse quasi essent animata, quod et fecerat antea Homerus in Achillis clypeo. Tumulos etiam adhibuisse ex principio Χοηφόρων discimus;

Umbras, ex Prometheo Vincto, Persis et Choephoris; Diras, ex Eumenidibus.

ΤΗΝ ΤΕ ΛΑΜΠΡΟΤΗΤΑ ΤΗΣ ΧΟΡΗΓΙΑΣ. Apparatum scenicum multo augustiorem et splendidiorem reddente Æschylo, plus sumptus in eum impendebatur a Choragis, quorum hoc erat officium lege publica cautum. Ulpian. Χορηγὸς, ὁ τοῖς Διονυσίοις καὶ τοῖς Παναθηναίοις τῷ χορῷ τὴν τροφὴν παρέχων, καὶ στεφάνους, καὶ κόσμον, καὶ ἴσα περὶ τὴν τοιαύτην ὁμήγυριν.

ΚΑΙ ΤΗΝ ΣΚΕΥΗΝ ΤΩΝ ΥΠΟΚΡΙΤΩΝ. Histrionum apparatum augustiorem instituit, ut qui bene noverat sublimitatem arti tragicæ convenire: ἐνθυμηθεὶς (ut loquitur Philostratus de vit. Apollon. VI. 11.) δὲ καὶ τὴν τέχνην, ὡς προσφυᾶ τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον ἢ τῷ καταβεβλημένῳ τε καὶ ὑπὸ πόδα, σκευοποιίας μὲν ἥψατο. Quæ vero ab eo in hoc genere inventa sunt, recenset Horatius, Art. Poet. ỷ. 278.

Post hunc personæ pallæque reperto honestæ
Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Ad quem locum Porphyrion, *Primus Tragœdiis cothurnos et personas et pallam dedit; horum enim trium auctor est.* Ita et Suidas, Αἰσχύλος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις ταῖς καλουμέναις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. Et Philostratus jam laudatus, σκευοποιίας μὲν ἥψατο εἰκασμένης τοῖς τῶν ἡρώων εἴδεσιν· ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνοις βαίνοιεν. Ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησεν, ἃ πρόσφορον ἥρωσί τε καὶ ἡρωΐσιν ἠσθῆσθαι. Autor Vitæ apud Robortellum; τοὺς ὑποκριτὰς χειρὶ σκεπάσας, καὶ τῷ σώματι ἐξογκώσας, μείζοσί τε τοῖς κοθόρνοις μετεωρίσας.

ΤΗΝ ΤΕ ΧΟΡΟΥ ΣΕΜΝΟΤΗΤΑ. Incompositus cum fuerit olim et minus gravis tragicorum chorus, præ personarum multitudine e quibus constituebatur, horum numerum imminuit et contraxit Æschylus. Philostrat. de Vita Apollon. VI. 11. Τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευόν τι καὶ μήπω κεκοσμημένην, εἰ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς ἀποτάδην ὄντας· et Aristoteles de Poetica, c.4. πρῶτος Αἰσχύλος τὰ τοῦ χοροῦ ἐλάττωσε. Antiquitus enim 50 personis constabant Chori: Æschylus eas ad 15 reduxit. Schol. Aristoph. ad Equit. ỷ. 586. συνεστήκει ὁ Τραγικὸς χορὸς ἐκ ιε', ὡς Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· quod etiam lege sancitum fuit, Τὸν τραγικὸν χορὸν συνεστάναι ἐκ πεντεκαίδεκα. Porro Julius Pollux legem istam latam esse occasione *Eumenidum* fabulæ refert, quam cum docuit Æschylus, Furias in scenam tanto numero, (constituebatur enim chorus 50 personis) adeoque horribili ornatu induxit, ut pueri e pavore exanimarentur, gravidæ abortum paterentur: IV. 15.

ΣΥΝΕΧΡΟΝΙΣΕ ΔΕ ΠΙΝΔΑΡΩι. Ita et Thomas Magister in Vita Pindari, Γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Αἰσχύλου.

ΓΕΓΟΝΩΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΝ ΟΛΥΜΠΙΑΔΑ. [Alii codices, monente Stephano, τεσσαρακοστὴν πρώτην.] De annis Æschylo attributis magnus ille Casaubonus, et vir cl. Samuel Petitus multis disseruere, quæ adducere et discutere operæ erit pretium.

Sic itaque Casaubonus, de Satyrica poesi I. 5. *Nemo ignorat, librorum descriptores nusquam majore socordia et perfidia usos quam in numeris, cujus rei exempla insignia vel in iis quæ de Æschylo scribunt veteres. Nam in antiqua illius vita ita legimus in postremis doctissimorum hominum editionibus,* συνεχρόνιζε Πινδάρῳ, γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Hæc lectio falsissima. Sed alii libri habent* ἑξηκοστήν· *de hac quoque scriptura dubito. Constat enim Æschylum in pugna Marathonia cum fortissimo viro Cynægiro fratre suo strenue pugnasse, adhuc juvenem: atqui si vel ultimo anno Olympiadis LX. ponimus esse natum, tempore pugnæ illius annorum invenietur minimum XLII. tot enim numerantur ad secundum Olympiadis LXXII. quo anno in Marathoniis campis commissa illa pugna. Rursus apud Suidam leguntur hæc verba;* ἠγωνίζετο αὐτὸς (ὁ Αἰσχύλος) ἐν τῇ θ΄. Ὀλυμπιάδι ἐτῶν ὢν κε΄· *certavit ipse* (inquit) *cum esset annorum XXV. Olympiade nona; et pueri intelligunt deesse heic majorem numerum qui minorem præcedebat. Omnino igitur scribendum,* ἐν τῇ ξθ΄. Ὀλυμπιάδι. *Quod si vere proditum est, Æschylum Olympiade LXIX. fuisse natum annos XXV. alio jam argumento probatum habemus quod modo dicebamus, videri natales illius male collocari in LX. Olympiade. Lego igitur in superiore loco ex ejus vita,* γεγονὼς κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Quare tempora vitæ tragici illius nobilissimi ita digeremus. Natus circa annum tertium Olympiadis LXIII. exeunte Olympiade LXIX. cum esset annorum XXV. dramata sua cœpit publicare. Anno secundo Olympiadis LXXII. Marathone contra Persas pugnavit, anno ætatis XXXV. Olympiadis LXXVI. anno IV. Menone Prætore Athenis, victoriam e scena reportavit, edita Tetralogia ista, Phineo, Persis, Glauco Potniensi, et Prometheo. Agebat tum Æschylus annum ætatis LIII. Olympiadis vero LXXX. anno altero, cum esset Athenis Prætor Philocles, publicata est ab ipso Orestias Tetralogia, anno vitæ LXVII. Post hæc contulit se, coactus solum vertere, in Siciliam, ad Regem Hieronem, quem post Olympiadem LXXXVI. regnare cœpisse Pindari vetus interpres affirmat: ibique Æschylus, altero, aut tertio post anno, in exilio diem supremum obiit. Recte hæc ita digeri a nobis, etiam illud argumento est quod in Vita Æschyli scribitur; exilio ipsius occasionem præbuisse Eumenidum Fabulam, cum Poeta Furias in scenam adeo horribili ornatu induxisset, ut populum universum terror invaderet, pueri e pavore exanimarentur, gravidæ mulieres abortum facerent. Eumenides enim in Orestia fuerant tetralogia. Itaque falsum erit aut mendosum quod scribitur in vita, obiisse ipsum anno ætatis LXV. paulo enim plures vixisse modo dicta arguunt.* Hactenus vir incomparabilis Isacius Casaubonus.

Alter vero Samuel Petitus, Miscellan. III. 14. *Quæ de vita Æschyli scribuntur adeo non sunt certa, ut omnis omnino non tollatur scrupulus. Imo contra, ejus annus natalis ignoratur, ut et ille quo denatus est. Scribitur in vita ejus;* συνεχρόνιζε Πινδάρῳ,

γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοςὴν Ὀλυμπιάδα. Alii libri habent ἑξηκοςήν. *Reponunt viri incomparabiles,* κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑξηκοςὴν Ὀλυμπιάδα. *At nos rescribendum putamus,* κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑξηκοςὴν Ὀλυμπιάδα. *Verus enim illius dies natalis est annus primus Olympiadis sexagesimæ quintæ. Quo anno natum quoque referunt Pindarum; unde optime scripsit anonymus,* συνεχρόνιζε Πινδάρῳ. *Nostræ hujus sententiæ atque emendationis rationes sunt istæ. Juvenis admodum fabulas docere cœpit Æschylus. Anonymus in ejus vita,* νέος δὲ ἤρξατο τῶν τραγῳδιῶν· *cum esset, inquit Suidas, annorum viginti quinque,* ἠγωνίζετο ὁ Αἰσχύλος ἐν τῇ θ'. Ὀλυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κε. *Corruptus est uterque numerus. Rescribebant viri magni* ἐν τῇ ξθ' Ὀλυμπιάδι. *Nos vero reponimus,* ἐν τῇ ο'. Ὀλυμπιάδι. *Correctionis nostræ fundus est Anonymus in descriptione Olympiadum, qui hæc notat ad annum primum Olympiadis septuagesimæ, Myro Athenis Prætore,* Πρατίνας ποιητὴς τραγῳδίας ἀντηγωνίζετο Αἰσχύλῳ καὶ Χοιρίλῳ. *Facilisque fuit certe lapsus, si numerum hunc numeralibus literis majusculis descripseris,* τοῦ O *in* τὸ Θ. *His ita constitutis, rescribendum quoque est apud Suidam,* ἐτῶν ὢν κα. *Tot enim erat annos natus, atque unius et viginti annorum intervallum est, ab anno primo Olympiadis sexagesimæ quintæ, ad annum primum Olympiadis septuagesimæ. Addit anonymus in ejus vita;* ὢν ἐτῶν πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα ἐτελεύτα. *De morte Æschyli interpres Comici ad Acharnenses;* ἐτελεύτησε γὰρ ἐπὶ Ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησίθεον. *Callias hic Archon fuit anno primo Olympiadis octogesimæ primæ* μετὰ Μνησιθείδην, *ut hunc Prætorem, quem excepit Callias, nominant Diodorus Siculus, et anonymus in descriptione Olympiadum. Atqui ab anno primo Olympiadis sexagesimæ quintæ ad annum primum Olympiadis octogesimæ primæ, anni sunt sexaginta quinque, quot annos vixisse Æschylum scribit autor ejus vitæ. Addit, vita esse functum in exilio, anno tertio: Nam postquam Eumenidas docuit, solum vertere coactus est. Eumenidas docuit anno secundo Olympiadis octogesimæ, Archonte Philocle, ut testantur veteres Didascaliæ. Tertius exilii annus primus Olympiadis octogesimæ primæ, qui Calliam Prætorem habet: Quare et hoc anno vitæ suæ sexagesimo quinto e vivis excessit, et annus ejus natalis in annum primum Olympiadis sexagesimæ quintæ conjiciendus est.* Hactenus Petitus.

Audiamus etiam Johannem Meursium, qui in tertiam fertur sententiam, a Casaubono et Petito diversam. De Archont. *Suidas,* Πρατίνας· Πυῤῥωνίδου ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας· ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοςῆς Ὀλυμπιάδος. *Ubi obiter* (subdit Meursius) *ætas Æschyli observanda, quam et in Olympiade* 71. *commemorat Eusebius Chron. I. Quo pertinet quod circa pugnæ Marathoniæ tempus Olymp.* 71. *anno* 1. *Aulus Gellius eum collocat, XVII.* 21. *Ergo mendum est apud Suidam in* Αἰσχύλος, ἐν τῇ θ'. Ὀλυμπιάδι. *Omnino emenda* ἐν τῇ ο'. Ὀλυμπιάδι. *Mendosus quoque Scholiastes Æschyli, in Vita ejus Scholiis præmissa,* κατὰ τὴν μ'. Ὀλυμπιάδα. *Etiam ibi rescribendum* κατὰ τὴν ο'. Ὀλυμπιάδα. Hæc ille.

Sane erratum esse in litera arithmetica quis non videt? nec tamen imperitia Biographi, sed exscriptorum incuria. Quis enim tempus natale Æschyli in Olympiadem XL. conjecisse eum crediderit, qui eundem Pindaro coætaneum modo asseruerat? Συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ, γεγονὼς κατὰ τὴν μ'. Ὀλυμπιάδα. Pindarus, ut ex vita ejus discimus, mortuus est Olympiade LXXXVI. annos agens LXVI. seu, ut aliqui, LXXX. Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς, ἢ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Ex horum igitur sententia natus fuit Olympiadis LXX. anno 3; ex illorum, Olympiadis LXV. anno 3. Neutri convenit biographus noster.

Quod vero, ut diximus, error sit exscriptorum incuria ortus, suadere possit vel ipsa lectionis varietas; cum alii codices aliter habeant: nonnulli τεσσαρακοστὴν πρώτην, ut testatur H. Stephanus; alii ἑξακοστὴν, ut asserit Casaubonus: et ita habuit MS. ille quo usus est Lilius Giraldus, qui in dialogo VI. de poetarum historia, *At vero ut ipsius*, inquit, *Æschyli scribit Interpres, doctus sane Grammaticus*, LX. *Olympiade claruit, qua etiam tempestate Pindarus floruit*. Ita etiam legit vir summus Josephus Scaliger.

Adhæc Sophoclis Biographus tradit eum Æschylo juniorem annis 17 natum autem Olympiadis LXXI. anno 2. Aristophanis Interpres Græcus, Sophoclem non nisi septem annis Æschylo juniorem prodit; in Ran. ℣. 75. ἦν γὰρ ὁ Σοφοκλῆς Αἰσχύλου μὲν ἔτεσιν ἑπτὰ νεώτερος, Εὐριπίδου δὲ κδ'. supple ex Vita Euripidis, Εὐριπίδου δὲ παλαιότερος κδ'. Itaque secundum biographum natus est Æschylus Olympiade LXVII. secundum Scholiasten, Olymp. LXIX. anno 3.

Porro Arundeliana Epocharum stela, (cui in re Chronologica, ni fallor, præ omnibus codicibus calamo exaratis debetur fides) a viro doctissimo Johanne Seldeno edita, obiisse prodit Æschylum annos natum 69. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Καλλίου τοῦ προτέρου. [Ubi vir egregie doctus τοῦ προτέρου reddit, *primo* cum potius vertendum videatur, *prioris filio*.] Calliam Archontem collocat idem marmor ad Olymp. LXXX. annum quartum, a quo subductis annis 69 quos vixit, in Olympiadis LXIII. annum quartum incidimus, quem Æschyli fuisse natalem, non est quod asserere dubitemus.

[V. Cl. Humphridus Prideaux ad Chronicon Marmoreum Epoch. 51. "Æschylum poetam, tragœdiæ Certamine primum vicisse statuit Chronicon Marmoreum anno 222 ante finem suum, Archonte Athenis Philocrate; sc. anno 514 ante Evangelium, eodem quo Eusebianum, Pindarum et Simonidem lyricos poetas insignes exhibet: quod ipsum etiam postea, anno 505 ante Evang. de Æschylo ante dictum repetit, nempe eundem Tragœdiarum scriptorem agnosci: Marmoreo fere medium amborum tempus signante. Plures autem victorias Æschylum reportasse, e vitæ ejus auctore, et Scholiastæ ipsius atque Suidæ

intelligere licet. Etenim post Xerxis fugam e Græcia Persas quoque tragœdiam docuit." Hæc ille.]

Alios annos Æschylo attributos, prout in Vita ejus occurrunt, expendemus. Cum vero omnes simul exhibere multum conferat ad vitæ methodum et ordinem illustrandum, præsertim quod ex iis sint aliqui a biographo prætermissi, en tibi ante oculos in tabulam redactos.

Olymp. LXIII.	4.	Æschylus poeta natus. *Marmor Arund.*
LXX.	1.	Cum Pratina decertavit. *Suid. in V.* Πρατίνας, *et in V.* Αἰσχύλος.
LXXII.	2.	Prælium Marathonium, in quo pugnat Æschylus. *Marm. Arund.*
LXXIII.	3.	Archonte Philocrate, Æschylus annos natus 40 Tragœdia primum vicit. *Marmor Arund.*
LXXIV.	4.	Pugna ad Salaminem, cui Æschylus interfuit. *Vit.*
LXXV.	1.	Pugna ad Plateas, qua præliavit Æschylus. *Vit.*
LXXVI.	4.	Menone Archonte, vicit Æschylus, Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo. *Schol. Æsch. in Argum. Pers.*
LXXVII.	3.	Apsephione Archonte, cum Sophocle decertavit. *Marm. Arundel. et Plut. in Cim.*
LXXX.	1.	Philocle Archonte, vicit Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Proteo Satyrico. *Schol. Æsch. in Arg. Agamemn.*
LXXX.	4.	Callia Archonte, Æschylus poeta annum agens 69. moritur in Sicilia. *Marm. Arund.*

ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ ΤΗΣ ΕΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙ ΜΑΧΗΣ. Marmor, Ἀφ' οὗ ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας .... ἀριστείας ...... ἐν Δαρείῳ ἀδελ ..... ντον στρατηγὸν ἐνίκων Ἀθηναῖοι ἔτη ΗΗΔΔΠΙΙ ἄρχοντος Ἀθη .... δευτέρου ...... φ .... ν .... ἐν μάχῃ συνηγωνίζετο Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς .... ΔΔΔΠ. [Ubi v. cl. Humphridus Prideaux, " Eodem autem prælio Marathonio, Æschylum poetam tragicum animose pugnasse, et quasi de fortitudinis palma cum fratre suo Cynægiro contendisse, ab aliis quoque proditum est. Verum in Chronico Eusebiano Æschylus Tragœdiarum scriptor agnoscitur ad initium Olympiadis LXXI., immo juxta quædam ejus exemplaria Olympiade LXX., quod etiam Suidæ testimonio confirmatur, referentis Pratinam cum eo certavisse eadem LXX Olympiade: immo vero etiam juxta alia Eusebii exemplaria, Pontaco teste, sub Olympiadem LXIX. qua ipsa Olympiade, nempe ξθ', tametsi prior numeralis litera exemplari interciderit, alias apud eundem Suidam Αἰσχύλος ἠγωνίζετο ἐτῶν ὢν κέ. *Æschylus certavit natus tunc annos* 25. Siquidem decimus annus ante prælium Marathonium ac annus 25. ætatis Æschyli, juxta Chronicum Marmoreum est

annus quartus Olympiadis LXIX., ac 259 ante Evangelium. Hæc quoque nota ætatis Æschyli confirmat prælium Marathonium, anno 2. Olympiadis LXXII., neque prius neque posterius contigisse." Hæc ille.] Suidas, Υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς Ἀμεινίου καὶ Κυναιγείρου τῶν εἰς Μαραθῶνα ἀριστευσάντων ἅμα αὐτῷ ἀριστεύειν dicebatur qui in prælio fortiter præ cæteris se gesserat, et exinde τὰ ἀριστεῖα virtutis præmium reportaverat. [Suidas Ἀριστεῖον τὸ τοῖς ἀριστεύσασι διδόμενον ἔπαθλον.] Hoc vel ex eo patet quod de Socrate prodit Antisthenes, Athen. Deipn. V. 15. cui in pugna cum Bœotis τὰ ἀριστεῖα debebantur; ille vero in Alcibiadem conferri curavit. Sane Æschyli in prælio ad Marathonem singularem virtutem memorat Epitaphium ejus,

Ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι.

Testabatur etiam pictura Athenis in Theatro Bacchi. Pausan. Attic. c. 21. τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου, πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι, καὶ τῆς γραφῆς ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ ἐν Μαραθῶνι. Parta est celeberrima hæc victoria Boedromionis (tertii a solstitio æstivo mensis Attici) die sexto, ut in Camillo refert Plutarchus, Phanippo Athenis Archonte, ut in Aristide habet idem, Olympiadis LXXII. anno secundo, Marm. Arund.

ΣΥΝ ΤΩι ΑΔΕΛΦΩι ΚΥΝΑΙΓΕΙΡΩι. Cynægirus unus fuit e quatuor ducibus qui adversus Darium ab Atheniensibus missi, cum mille hominibus, Persarum 30 millia profligarunt; reliquorum nomina, Polyzelus, Callimachus, et Miltiades. Hac in pugna Polyzelus, cum vidisset spectrum, vires amisit, et jam cæcus interemit quadraginta octo. Callimachus confixus hastis et mortuus, erectus stetit. Cynægirus hostilem navem prehendens, abscissa manu cecidit. Herodot. VI. 114. Τοῦτο δὲ Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος ἐνθαῦτα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νεὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ πίπτει. Plutarchus in Parallelis, p. 305. et ex eo Stobæus, Κυναίγειρος δὲ Περσικὴν ἀγομένην ναῦν κατέχων, ἐχειροκοπήθη. [Huc pertinet Demonactis scomma apud Lucianum, Πρὸς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένον, ὀψέ ποτε, ἔφη, Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυνάγειρον.]

ΤΗΣ ΤΕ ΕΝ ΣΑΛΑΜΙΝΙ ΝΑΥΜΑΧΙΑΣ. Contigit hæc pugna ineunte anno primo Olympiadis XV. seu, ut Marmor, anno 4. Olympiadis LXXIV. Boedromionis die 20. Archonte Athenis Calliade, quem Calliam perperam nominat Diogenes Laertius in Vita Anaxagoræ. Segm. 7.

ΣΥΝ ΤΩι ΝΕΩΤΕΡΩι ΑΔΕΛΦΩι ΑΜΕΙΝΙΑι. In hoc prælio fortiter se gerens Amynias, manum amisit, et primus Atheniensium virtutis præmium tulit. Ælian. Varr. H. 19. Ἔτυχε δὲ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Ἀμυνίας, ἀποβεβληκὼς τὴν χεῖρα, καὶ πρῶτος Ἀθηναίων τῶν ἀριστείων ἔχειν. Qua vero ratione præmium illud consecutus est refert Diodorus, XI. p. 257. Διὸ καὶ κρίσεως προτιθείσης περὶ τῶν ἀριστείων, χάριτι κατισχύσαντες ἐποίησαν κριθῆναι, πόλιν μὲν ἀριστεῦσαι τὴν Αἴγινητων, ἄνδρα δὲ Ἀμυνίαν, τὸν ἀδελφὸν Αἰσχύλου τοῦ ποιητοῦ· αὐτὸς γὰρ τριηραρχῶν πρῶτος ἔμβολον ἔδωκε τῇ ναυαρχίδι τῶν Περσῶν, καὶ ταύτην κατέλυσε, καὶ τὸν ναύαρχον διέφθειρε.

ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΝ ΠΛΑΤΑΙΑΙΣ ΠΕΖΟΜΑΧΙΑΣ. In qua Mardonius profligatus, Olymp. LXXV. anno primo, Boedromionis die tertio. [Arundeliana Epocharum Stela, L. 68. Ἀφ' οὗ ἡ ἐν Πλαταίαις μάχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου ςρατηγὸν, ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν μάχῃ καὶ τὸ πῦρ ἔρρευσεν ἐν Σικελίᾳ περὶ τὴν Αἴτνην, ἔτη ΗΗΔΠΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξαντίππου. *A quo ad Platæas commissa est pugna ab Atheniensibus contra Mardonium Xerxis ducem, in qua vicerunt Athenienses, et Mardonius occubuit in pugna, et ignis diffluebat in Sicilia circa Ætnam, anni* CCXVI, *Archonte Athenis Xantippo.* Ubi vide quæ a viris doctis sunt annotata.]

ΚΑΤΑ ΔΕ ΤΗΝ ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΖΗΛΟΙ ΤΟ ΑΔΡΟΝ. Oxon. MS. τὸ ἁδρὸν πλάσμα. Tradit Plutarchus, χαρακτῆρας εἶναι τῶν λόγων τὰ καλούμενα πλάσματα. Characteres aut dicendi formæ tres, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Ἁδρὸν ex definitione Plutarchi ἐςὶ λέξεων καὶ νοημάτων κατασκευὴ μεγάλας ἔχων ἐμφάσεις· redditur ab Agellio VII. 14. *uber*; ab aliis, *magniloquum*; a Viro summo Julio Scaligero Poet. IV. 1. *generosum.* [Suid. Ἁδρόν· πολύ, μέγα, δαψιλές, πλούσιον, καὶ ἁδρότης ἡ ὑψηλότης. Idem. Ἀξύςατον καὶ ἄςατον, περὶ Αἰσχύλου λέγει Ἀριςοφάνης. Ἀντὶ τοῦ οὐ ξυνεςῶτα οὐδὲ πυκνόν· ἀλλ' ἀραιὸν (an legendum ἁδρόν) ἐν τῇ ποιήσει καὶ κομπώδη· ἢ, ἀδιάθετον ἢ ἀπιθάνως συντιθέντα.]

Hujus generis esse stylum Æschyli consentiunt omnes; quapropter Plutarchus de Glor. Athen. p. 348. de tribus Tragicis censuram ferens, ei tribuit ςόμα. Phrynichus τῶν τραγικῶν μεγαλοφωνότατον appellat. Himerius apud Photium, p. 1111. Ὦ πάθος τῆς Αἰσχύλου μεγαλοφωνίας ἄξιον. Horat. Art. Poet. ℣. 280.

Et docuit magnumque loqui.——

Ad Aristophanis verba a biographo nuper allata, Ran. ℣. 1036.

——πυργώσας ῥήματα σεμνὰ,

Πυργώσας exponunt veteres magistri αὐξήσας καὶ μεγάλα εἰπών.

Porro sunt qui hanc Æschyli grandiloquentiam ei vitio vertunt. Quintiliano X. 1. dicitur *sublimis et gravis et grandiloquus sæpe usque ad vitium.* Et non tam τραγικὰ quam παρατράγῳδα sæpe habere ait Longinus. §. 3. At, ni fallor, multo rectius alii, qui de Poeta nostro sic statuunt; Ἥ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ αὔθαδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως, πρέποντα ἐφαίνετο τραγῳδίᾳ, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἤθεσιν τῶν Ἡρώων. Dion. Orat. LII. p. 549.

ΚΑΙ ΕΠΙΘΕΤΟΙΣ. Apud veteres grammaticos canon est, nunquam jungi duo epitheta sine proprio aut appellativo. Eustath. in Odyss. α'. sub initio; Οὐ γὰρ εὑρίσκεται δύο ἐπίθετα ἄνευ κυρίου ἢ προσηγορικοῦ. At quot Epitheta habet noster in Persis, ℣. 635. &c.?

Ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρί-
τας ἰσοδαίμων βασιλεὺς
βάρβαρα σαφηνῆ
ἱέντος τὰ παναίολ'
αἰανῆ δύσθροα βάγματα.

Et in Agamemnone, ỿ. 152, &c.

Μή τινας ἀντιπνόυς
Δαναοῖς χρονίας ἐχενήϊδας
Ἀπλοίας τεύξῃ,
Σπευδομένα θυσίαν
Ἑτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,
Νεικέων τέκτονα σύμ-
Φυτον, ὀ δεισήνορα· μίμνει
Γὰρ φοβερὰ παλίνορσος
Οἰκονόμος δολία,
Μνάμων μῆνις τεκνόποινος.

ΟΥ ΠΟΛΛΑΣ ΑΥΤΩι ΠΕΡΙΠΕΤΕΙΑΣ. Tragœdia duplex; alia simplex, alia implexa. Simplicem dicimus quæ continue absque ulla mutatione ad finem deducitur; implexam, quæ non sine Mutatione aliqua inopinata, aut Agnitione, aut utraque simul, Hujus ergo partes sunt duæ, Mutatio et Agnitio. Priorem Aristoteles Peripetiam dixit: qui et in libris de historia Animalium, quicquid præter expectationem evenit, hoc nomine vocavit. Hic vero definitur, eorum quæ aguntur, sive actionis in contrarium mutatio. Adi sis Heinsium de Tragœd. constit. VI. Vult itaque auctor Vitæ, Tragœdias Æschyli simplicioris esse generis, quod et ei ab Euripide apud Aristophanem objicitur. Cæterum simplicitatem magis convenire genio heroico, ex Homero discere possumus, cujus Ilias (qua nihil minus intricate deductum) tragœdiæ justissimum esse exemplar tradunt grammatici. Cujus Æschylum studiosum fuisse imitatorem vel ex eo constat, quod dicere solebat, tragœdias suas exiguas esse partes amplarum Homeri cœnarum (Cf. Athen. VIII. 8.) et ad illud Aristophanis sub persona Æschyli dictum, Ran. ỿ. 1072.

Ὅθεν ἡ 'μὴ φρὴν ἀπομαξαμένη, πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν·

Ὅθεν δὲ, ἤγεν ἐκ τοῦ Ὁμήρου, inquit Scholiastes.

ΑΡΧΑΙΟΝ ΕΙΝΑΙ ΚΡΙΝΩΝ ΤΟΥΤΙ ΤΟ ΜΕΡΟΣ, κ. τ. λ. Dion, Chrysost. Orat. LII. p. 549. Ἡ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ αὔθαδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως, πρέποντα ἐφαίνετο τραγῳδίᾳ, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἤθεσι τῶν Ἡρώων, οὐδὲν ἐπιβεβουλευμένον, οὐδὲ στωμύλον, οὐδὲ ταπεινόν.

ΕΚΛΟΓΑΙ. Loci insigniores, ita dicti, quod digni sint ut a cæteris seligantur, et potissimum notari debeant.

ΓΝΩΜΑΙ ΔΕ Η ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΙ Η ΑΛΛΟ ΤΙ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΝΩΝ ΕΙΣ ΔΑΚΡΥΑ ΑΓΑΓΕΙΝ, ΟΥ ΠΑΝΥ. Hoc in genere duobus reliquis multum præluxisse creditur Euripides, qui et *sententiis densus*, ut inquit Quintilianus, X. 1. *in affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis quæ miseratione constant facile præcipuus et admirandus maxime est.* Longinus vero in amantium et insanorum passionibus exprimendis dominatum quendam tribuit, in reliquis mediocritatem tantum, Sect. 13. Ἐστι μὲν οὖν φιλοπονώτατος

ἡ Εὐριπίδης, δύο ταῦτα πάθη μανίας τε καὶ ἔρωτος ἐκτραγῳδῆσαι, κἂν τούτοις, εἴ τισιν ἑτέροις (legi malim εἴ τις ἕτερος) ἐπιτυχέστατος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις. οὐκ ἄτολμος. In amantium passione exprimenda facile superari posse Æschylum haud mirum, ut qui a tragœdia alienam duxerit, ideoque fœminam amantem nunquam exhibuit, sicut ab Aristophane in Ranis observatum est, at in exprimenda insania usque ad stuporem simul et commiserationem eliciendum, qui Cassandræ orationem in Agamemnone legerit, nemo unquam superatum agnoscet, quam fabulæ partem maxima in admiratione habitam fuisse tradunt veteres Magistri. Argum. Agam. Τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται, ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν.

ΑΠΗΙΡΕ ΔΕ ΩΣ ΙΕΡΩΝΑ ΤΟΝ ΣΙΚΕΛΙΑΣ ΤΥΡΑΝΝΟΝ. [Arundelia Epocharum Stela, L. 11, Ἀφ' οὗ Ἱέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν ἔτη ΗΗΠΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Χάρητος. Ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς κατὰ τοῦτον. *A quo Hiero Syracusis tyrannidem occupavit, anni* CCVIII, *Archonte Athenis Charete; claruit autem Epicharmus poeta hujus tempore.* Ad quæ verba vir cl. Humphridus Prideaux; "Mortuo Gelone ei successit frater illius Hiero (Aristot. Polit. V. 12. Schol. Pind. Pyth. III.) quem carminibus suis celebrat Pindarus Poeta, et Syracusis regnavit annos decem."] Plutarchus, De exsilio, p. 604. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος, (Αἰσχύλος,) εἰς Σικελίαν ἀπῆρε, καὶ Σιμωνίδης πρότερον. Pausan. in Attic. 2. Ἐς Συρακούσας πρὸς Ἱέρωνα Αἰσχύλος καὶ Σιμωνίδης ἐστάλησαν. Quo tempore Hieron rex constitutus est, ex Scholiaste Pindari discimus, Pyth. III. Tit. Καθίστατο δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα.

ΚΑΤΑ ΤΙΝΑΣ ΜΕΝ, ΩΣ ΥΠΟ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΤΑΣΠΟΥΔΑΣΘΕΙΣ. Hinc illud Aristophanis, in Ranis, ỷ. 819.

Οὔτε γὰρ Ἀθηναίοισι συνέβαινεν Αἰσχύλος.

Scholiastes, ὡς φαύλων περὶ τὰς ἀποκρίσεις ὄντων, οὐκ ἐστοίχησεν. Sæpius legimus præstantissimos Poetas a deterioribus victos, suffragiis Atheniensium, quos Græci dicunt eleganter ὑπὸ Ἀθηναίων καταπουδασθῆναι. Hoc Æschylo obtigisse narrat etiam Athenæus, VIII. 8. Ὃς καὶ ἡττηθεὶς ἀδίκως ποτὲ, ὡς Θεόφραστος ἢ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς εἴρηκεν, ἔφη χρόνῳ τὰς τραγῳδίας ἀνατιθέναι, εἰδὼς ὅτι κομιεῖται τὴν προσήκουσαν τιμήν.

ΗΣΣΗΘΕΙΣ ΝΕΩι ΟΝΤΙ ΤΩι ΣΟΦΟΚΛΕΙ. Ita Plutarchus in Cimone, p. 483. Firmat hoc Marmor Arundelianum, Sophoclem tradens vicisse tragœdia annnos natum XXVIII. Archonte Apsephione Ἀφ' οὗ Σοφοκλῆς Σοφίλλου ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ. ἔτη ΗΗΠΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀψεφίωνος. Ubi vide quæ a viris doctis sunt annotata. Hic vero annus secundum idem Marmor incidit in Olympiadis LXXVII. annum tertium. Aphepsionem Archontem memorat Diog. Laertius, Vita Socrat. Segm. 44. collocatque ad annum 4um Olympiadis LXXVII. Ejusdem nominis vestigia reperimus apud Diodorum Siculum, XI. ubi pro Φαίωνος (invitis iis qui Φαίδωνος insinuarunt) rescribendum proculdubio Ἀψεφίωνος· quod si animadvertisset Meursius, Diogenem Laertium temere

non correxisset (de Archont. II.) neque (ut et Leo Allatius Dial. de script. Socr.) errorem secutus fuisset Josephi Scaligeri (quem pro anonymo quopiam auctore sumit uterque) Aphepsionem ad Olympiadem LXXIV. constituentis. Cæterum qua occasione hoc accidisse fertur ex Plutarcho l. l. discimus; qui de Thesei reliquiis a Cimone Athenas advectis verba faciens, Ἔθεντο δ' εἰς μνήμην αὐτοῦ, inquit, καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίσιν ὀνομαστὴν γενομένην· πρώτην γὰρ διδασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος, Ἀψεφίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος· ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατηγῶν προελθὼν εἰς τὸ θέατρον ἐποιήσατο τῷ θεῷ τὰς νενομισμένας σπονδάς, οὐκ ἀφῆκεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ὁρκώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας, ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον· ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα, τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε· νικήσαντος δὲ Σοφοκλέους, λέγεται τὸν Αἰσχύλον περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα, χρόνον οὐ πολὺν Ἀθήνησι διαγαγεῖν, εἶτ' οἴχεσθαι δι' ὀργὴν εἰς Σικελίαν, ὅπου καὶ τελευτήσας περὶ Γέλαν τέθαπται. Eandem forsan occasionem innuit Suidas, qui Æschylum in Siciliam demigrasse refert, quod dum fabulam exhibuerit ruerent subsellia, διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἴκρια ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ. *Subsellia frangere* dicebatur qui, ut comici loquuntur, non stetit, sed excidit, hoc est, non placuit; sicut a viro doctissimo Josepho Scaligero jamdiu monitum est, Auson. lect. Nec me movet quod alii aliter Juvenalis verba VII. 86.

——*fregit subsellia versu*

sint interpretati. Sueton. in Claudio, c. 41. *Nam cum initio recitationis defractis compluribus subselliis, obesitate cujusdam, risus exortus esset*, etc

ΤΟΥΣ ΕΝ ΜΑΡΑΘΩΝΙ ΤΕΘΝΗΚΟΤΑΣ ΕΛΕΓΕΙΩι. Elegias scripsisse Æschylum testis est Suidas; quas laudat et Theophrastus. Et ad hanc ipsam Elegiam, in eos qui ad Marathonem occubuerunt, pertinuisse tetrastichon illud Æschyli inter Anthologiæ epigrammata relatum, facile crederem, III. 5. et quod præcedit, ad Simonidis carmen. Simonidis sic se habet,

Χαίρετ' ἀριστῆες πολέμου, μέγα κῦδος ἔχοντες,
Κοῦροι Ἀθηναίων, ἔξοχοι ἱπποσύνῃ,
Οἵ ποτε καλλιχόρου περὶ πατρίδος ὠλέσαθ' ἥβαν
Πλείστοις Ἑλλήνων ἀντία μαρνάμενοι.

Æschyli vero sic,

Κυανέη καὶ τούσδε μενέγχεας ὤλεσεν ἄνδρας
Μοῖρα, πολύῤῥηνον πατρίδα ῥυομένους.
Ζωὸν δὲ φθιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γυίοις
Τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

ΤΙΝΕΣ ΔΕ ΦΑΣΙΝ ΕΝ ΤΗι ΕΠΙΔΕΙΞΕΙ ΤΩΝ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ. Ex his est Julius Pollux, qui etiam legem isthac latam occasione memorat, IV. 15. Τὸ δὲ παλαιὸν ὁ τραγικὸς χορὸς πεντήκοντα ἦσαν, ἄχρι τῶν Εὐμενίδων Αἰσχύλου· πρὸς δὲ τὸν ὄχλον αὐτῶν, τοῦ πλήθους ἐκπτοηθέντων, συνέστειλεν ὁ νόμος εἰς ἐλάττω ἀριθμὸν τὸν χορόν.

ΩΝ ΕΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΕΞΗΚΟΝΤΑ. At mox, ἑξήκοντα καὶ τρία. Suidas 58. minus recte. Interiit enim Æschylus, secundum Marmor Arundelianum, annos natus 69. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Καλλίου τοῦ προτέρου· seu, ut Scholiastes Aristophanis ad Acharn. ỳ. 10. ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου τοῦ κατὰ Μνησίθεον. Hunc vero annum, ex Diodoro et Dionysio Halicarnassæo incidisse discimus in Olymp. LXXXI. 1. Ejusdem Calliæ τοῦ προτέρου meminit et postea idem Marmor; unde colligo Calliæ cujusdam prioris filium innui, potius quam, cum doctissimo Seldeno, eundem Calliam primum bis Archontis officio functum.

ΑΕΤΟΣ ΧΕΛΩΝΗΝ ΑΡΠΑΣΑΣ. Suidas, in V. Αἰσχύλος, et in Χελώνη. Ἐπιῤῥιφθείσης αὐτῷ ὑπὸ ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀπώλετο. Val. Max. IX. 12. *Æschyli vero poetæ excessus quemadmodum non voluntarius, sic propter novitatem casus referendus est. In Sicilia, mœnibus urbis in qua morabatur egressus aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, ut fractæ carne vesceretur: eoque ictu origo et principium fortioris tragœdiæ extinctum est.* Plin. Hist. X. 3. de Aquila agens, *Ingenium est ei testudines captas frangere e sublimi jaciendo: quæ sors interemit poetam Æschylum, prædictam fatis, ut ferunt, ejus diei ruinam secura cœli fide caventem.* Scribenti hoc accidisse monet Sotades,

Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη.

[Saxo Grammaticus eo allusisse videtur, monente Barthio,

In media si valle cubet, testudine nulla
Tutus erit.——

Cf. etiam Guellium ad Æn. XII. 255.]

ΑΠΟΘΑΝΟΝΤΑ ΔΕ ΓΕΛΩΟΙ. Geloi, Gelæ Incolæ. Gela, Siciliæ oppidum, a Rhodiis conditum, et a Gela fluvio denominatum; Rhodiorum et Cretensium colonia. Hinc supple fatiscens Marmor Arundelianum; ἐτελεύτησεν ἐν . . . α τῆς . . κελίας. Legendum, ἐν Γέλᾳ τῆς Σικελίας.

[ΦΟΝΕΥΕΙ ΑΥΤΟΝ. Arundeliana Epocharum Stela, L. 74. Ἀφ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΔΔΠΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν Γέλᾳ τῆς Σικελίας, ἔτη ΗΔΔΔΔΔΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου τοῦ προτέρου. Ep. 60. *A quo Æschylus poeta, cum vixisset annos* 69 *diem obiit in Gela Siciliæ anni* CXCIII *Archonte Athenis Callia primo.* Ad quæ verba v. cl. Humphridus Prideaux. "De Æschyli poetæ obitu hæc narrantur. Cum ille jam ætate provectus tragœdia cum Sophocle certasset, (Justin. lib. VII. Plut. in Cimone. Schol. Æsch. in Vita illius) ab eoque tunc valde juveni superaretur, quæ etiam est forsan Sophoclis victoria cujus meminit Chronographus noster Ep. 57. ex animi ægritudine Athenis in Siciliam secessit, ibique Catanæ (Schol. Æsch. Ibid.) eo tempore quo (Schol. Æsch. ibid. Diodorus XI.) Hiero Syracusarum tyrannus eam

urbem de novo condens a vicino monte Ætnam appellavit, sedes fixit. Post obitum autem Hieronis et Thrasybuli Hieronis fratris exilium, Gelam videtur migrasse, ibique, (Schol. Æsch.) cum in aperto quodam loco sedisset, quod eo die a quodam vaticinio timuerat se tegulæ casu periturum, ab aquila, quæ supervolans testudinemque in unguibus tenens eam in calvi senis caput putans album saxum fuisse, demisisset, ut fracta testa, quod intus erat, eliceret et vesceretur, confracto elisoque cerebro interfectus fuisse perhibetur. Mortuum autem Geloi magnifice sepelivere (Plut. in Vita Cimonis; Schol. Æschyli in Vita illius) juxtaque eorum urbem illius sepulchrum diu videbatur, in quod inscriptum erat hoc epitaphium,

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.
Ἄλκην δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι
Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Et profecto non tantum ex hoc epitaphio, sed etiam e Plutarcho, qui in Vita Cimonis dicit, Æschylum prope Gelam sepultum fuisse, satis manifeste probatur, illum Gelæ occubuisse. Fallitur igitur Lydiatus, qui in mutilo Marmoris loco supplet, Αἴτνίᾳ, quasi Æschylus Ætnæ seu Catanæ, quod nemo unquam dixit, et non Gelæ, diem suum obiisset. Magnos hic honores post obitum suum in Sicilia, Athenis totaque Græcia est consecutus. Filii illius erant Bion et Euphorion, utrique Tragœdi, qui et suis et patris tragœdiis quas iterum edidere, victorias obtinuerunt. Plura de Æschylo legas apud Lilium Gyraldum Hist. Poet. Dial. 6. et in Notis Stanleii ad Vitam Æschyli." Addit marmor, Ἀθήνησι Καλλίου. Cum Marmore consentit Schol. Aristoph. ad Acharn. ℣. 10. dicit enim, Ἐτελεύτησε γὰρ Αἰσχύλος ἐπ' ἄρχοντος Καλλίου τοῦ μετὰ Μνησίθεον.]

[ΟΥΡΑΝΙΟΝ ΣΕ ΒΕΛΟΣ. Πᾶν τὸ ἀπὸ μήκοθεν βαλλόμενον βέλος εἴρηται inquit Etymologici Magni auctor.]

ΕΠΙΓΡΑΨΑΝΤΕΣ ΟΥΤΩΣ. Imo vero Geloi tumulum ei struxere, sed Epitaphium non composuere; id enim ipse fecit paulo ante mortem. Suadet hoc Pausanias, Attic. c. 14. Καὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος, ὥς οἱ τοῦ βίου προσεδοκᾶτο ἡ τελευτὴ, τῶν μὲν ἄλλων ἐμνημόνευσεν οὐδενὸς, δόξης ἐς τοσοῦτον ἥκων ἐπὶ ποίησιν, καὶ πρὸ Ἀρτεμισίου καὶ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσας· ὁ δὲ τό, τε ὄνομα προγεθὲν καὶ τὴν πόλιν ἔγραψε· καὶ ὡς τῆς ἀνδρείας μάρτυρας ἔχοι τὸ Μαραθώνιον ἄλσος, καὶ Μήδων τοὺς εἰς αὐτὸ μεταβάντας. Firmat Athenæus, XIV: 6. Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰσχύλος τηλικαύτην δόξαν ἔχων διὰ τὴν ποιητικὴν, οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τοῦ τάφου ἐπιγραφῆναι ἠξίωσε μᾶλλον τὴν ἀνδρείαν, ποιήσας,

Ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

ΩΣ ΨΗΦΙΣΑΣΘΑΙ ΜΕΤΑ ΘΑΝΑΤΟΝ ΑΥΤΟΥ. Philostrat. de Vita Apollon. VI. 11. Ἐκάλουν δὲ, (Ἀθηναῖοι) καὶ τεθνεῶτα ἐς Διονύσια· τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκετο, καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. Aristophanis

Interpres, Acharn. ꝟ. 10. Τιμῆς μεγίστης ἔτυχε παρὰ Ἀθηναίοις ὁ Αἰσχύλος, καὶ μόνου αὐτοῦ τὰ δράματα ψηφίσματι κοινῷ καὶ μετὰ θάνατον ἐδιδάσκετο. Æschyli poesin post ejus mortem senatusconsulto recitatam testatur idem Scholiastes Aristophanis, Ran. ꝟ. 892. ubi gloriatur Æschylum poesin suam haud secum fuisse commortuam; prout Euripidi contigerat,

Ὅτι ἡ ποίησις οὐχὶ συντέθνηκέ μοι·
Τούτῳ δὲ συντέθνηκεν.

Ἐπεὶ τὰ Αἰσχύλου, inquit Scholiastes, ἐψηφίσαντο διδάσκειν· κομψῶδες δὲ τοῦτο ἔφη· τῶν γὰρ δυνατῶν, καὶ μετὰ θάνατον ᾄδονται τὰ ποιήματα.

ΧΡΥΣΟΝ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ. Alii MSS. χορὸν λαμβάνειν· quæ lectio præferenda. Hesych. Περιπεριτυγχει· Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβων ἐν βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν, περὶ τοῦ Ἄρχοντός ἐστιν ὃ * ᾔτησε. Legit Petitus, παρὰ τοῦ Ἄρχοντος ἐστιν ἐξ οὗ ᾔτησεν. Choragi erat officium, Archonte præsidente, δοῦναι χορὸν poetis: Archontis videre ut id fieret recte, et ut meliores quique poetæ coemerentur, ad celebrandos majori cum voluptate atque dignitate ludos. [Atque hinc manavit proverbium, Χορὸν δίδωμι. Suidas, Ἐν ἴσῳ, τὸ εὐδοκιμεῖν καὶ νικᾷν. Ἐπὶ γὰρ τοῖς Ἀθηναίων χοροῖς ἐτύγχανον Κωμῳδίας καὶ Τραγῳδίας ποιηταί, οὐ πάντες, ἀλλὰ οἱ εὐδοκιμοῦντες καὶ δοκιμασθέντες ἄξιοι. Andreas Schottus. *Chorum do. Perinde est ac si dicat, Patior te* (non videtur satis intellexisse interpres) *laudari et vincere. Nam apud Athenienses Comici et Tragici poetæ chorum impetrabant, non omnes, sed laude digni et probati.* Apostolius, Ἐν ἴσῳ τῷ (hinc corrige Suidam) εὐδοκιμεῖν, κ. τ. λ. Et rectius sane interpres ejus, *Perinde ac si dicas, laudem et victoriam consequor.* Hesych. Χορὸν δίδωμι. Παροιμία ἐπὶ τῶν σκώμμασι νικώντων. Quod tamen omnino aliter interpretatum a viro docto esse video. Hesych. Χορηγία· δόσις· Item Χορηγεῖ· παρέχει, δίδωσιν.]

[ΝΙΚΑΣ ΔΕ ΤΑΣ ΠΑΣΑΣ ΕΙΛΗΦΕ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑ. Arundeliana Epocharum Stela, L. 65. Ἀφ᾽ οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε, καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος ποιητὴς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλοκράτους. *A quo Æschylus poeta Tragœdia primo vicit, et Euripides poeta nascitur, et Stesichorus in Græciam venit anni* CCXXII. *Archonte Athenis Philocrate.*]

ΟΥΚ ΟΛΙΓΑΣ ΔΕ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΕΛΕΥΤΗΝ ΝΙΚΑΣ ΑΠΗΝΕΓΚΑΤΟ. Philostrat. de Vita Apoll. VI. 11. Ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα ἐς Διονύσια, τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκετο, καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. Quintilianus, X. 1. *Correctas ejus Fabulas in certamen deferre Athenienses permisere, suntque eo modo multi coronati.*

Hucusque biographus. Quem tamen miror in iis recensendis quæ ab Æschylo inventa fuerant, de Tritagonista nihil protulisse. Antiquitus enim, cum primum nata esset, et vix dum satis inchoata tragœdia, Chorus fabulam peragebat. Dein Thespis unum introduxit histrionem; quem initio imitatus est Æschylus, si biographo Robortelli credamus, qui et histrionis nomen prodit;

Ἐχρήσατο δὲ ὑποκριτῇ πρῶτον μὲν Κλεάνδρῳ. Mox vero alterum addidit. Idem Biogr. Καθ᾽ ὃ δεύτερον αὐτῷ προσῆψε Μυνίσκον τὸν Χαλκιδέα. Sophocles tertium; Diogenes Laertius in Platone, Segm. 56. Ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χορὸς διεδραμάτισεν· ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν, ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορόν· καὶ δεύτερον Αἰσχύλος· τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγῳδίαν. Ita et Aristoteles, de Poet. c. 4. Καὶ τό, τε ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε· τρεῖς δὲ, καὶ σκηνογραφίαν, Σοφοκλῆς. Histrio primus πρωταγωνιστὴς, alter δευτεραγωνιστὴς, tertius τριταγωνιστὴς dicebatur. Sunt vero qui et Tritagonistam ab Æschylo primum introductum velint, non a Sophocle. Biographus Robortelli, Τὸν τρίτον ὑποκριτὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν· ὡς δὲ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος, Σοφοκλῆς. Quartum adhuc histrionem aliquando in Scenam ingressum ferunt; quod in Æschyli Agamemnone factum refert J. Pollux, V. 15. Sed de istis aliquando latius, ubi se liberior occasio obtulerit.

IN EPIGRAMMA.

[Ο ΤΡΑΓΙΚΟΝ ΦΩΝΗΜΑ. Sic redditur ab Hadriano Junio, in proverbio, *Cœlo tenus altum.*

Qui tragici fastum primus strepitumque cothurni
Ceu turrim elato carmine inædificas.

"Quod alludens," inquit, "Aristophanes in Ranis, πυργῶν ῥήματα illum dixit; quod turgeret vocabulis compositis et turris ritu aggestis, quomodo metaphorice Nazianzenus fœminas comæ suggestum in altum educentes, turrificare loquitur. Ibi,

Μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.

Id est,

Ne caput ædifica haud nativo fœmina crine.

Qua de re plura diximus in Commentario de Coma. Aristophanes in Pace, πυργῶσαι τέχνην, h. e. *artem turrificare* pro extendere et in amplius fastigium educere. Mimnermus Poeta apud Stobæum, de Medicis arrogantibus, qui magnos sibi spiritus sumunt, πυργοῦντες αὐτὰς, velut turrificantes suam gloriam."]

[Ibid. ΟΚΡΥΟΕΣΣΑΝ. Suidas in voce Πυρφόρος legit ὀφρυόεσσαν, quod melius.]

IN CATALOGUM

TH. STANLEII COMMENTARIUS.

[*Quæ uncinulis includuntur ex Auctoris MSto accedunt.*

Καταλογος των Αισχυλου δραματων. Qui Vitam Æschyli scripsit MSto Oxoniensi et Robortelli editioni præfixam, is Dramata 70 Æschylo attribuit; σημειωτέον ὅτι δράματα ό ἐποίησεν ὁ Αἰσχύλος. Alter vero Biographus Dramata 75. nempe 70 Tragica, quinque Satyrica. Ἐποίησε δράματα ό. Καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε. Hi parum dissentiunt a Catalogo nostro, quo recensentur Dramata 73. e quibus Satyrica fuisse quinque, mox ostendemus. Sed cum apud auctores antiquos nonnullæ reperiantur epigraphæ, et tragœdiarum nomina quorum in hoc Catalogo nulla mentio, dubitandum non est, quin omnibus numeris haud sit absolutus. Diligentius igitur videtur egisse, qui apud Suidam 90 fuisse tradit. Ἔγραψε δὲ Ἐλεγεῖα, καὶ Τραγῳδίας ϟ. Ubi tamen ne in numero peccatum sit contrario valde dubito. Quamvis enim vir clarissimus Johannes Meursius, cui plurimum debent Græcæ literæ, in libello de Tragœdiis Æschyli, illas circiter centum se observasse dicat; cum tamen sub diversa nomina eandem aliquoties Tragœdiam laudatam habeamus, vereor ut in tantum fastigium non crescat Catalogus, et quod de ipso numero nihil certi sit pronuntiandum.

Αγαμεμνων. Moris erat apud poetas veteres Tetralogiis decertare, quæ constabant tribus Tragœdiis et Dramate Satyrico. Tragœdiæ ex quibus constituebatur Tetralogia, plerumque affinis erant argumenti. Æschyli Agamemnon prima erat Tetralogiæ Fabula, qua vicisse Æschylum Philocle Archonte meminit Auctor Argumenti: reliquæ tres, Choephoræ, Eumenides, Proteus Satyricus. Porro Tetralogiis istis quæ ex Tragœdiis ejusdem argumenti erant conflatæ, nomina indebantur ab argumento, ut Pandionidi Philoclis, quam citat Aristophanis Interpres ad Aves. ϋ. 282. Quo fit ut Tetralogiæ huic, ab argumento communi Ὀρεστία nomen datum fuerit. Aristoph. in Ran. ϋ. 1155.

Πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστίας λέγε.

Scholiastes, Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι· Ἀγαμέμνονα,

Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Mallem tamen apud Aristophanem legere Ὀρεστείας, Eustathii authoritate fretus, ad Iliad. Κ΄. sub init. Προπαροξύνονται δὲ (inquit) καὶ ἄμφω αἱ τοιαῦται λέξεις, (Δολώνεια et Πατρόκλεια) ὥσπερ Τηλεγόνεια κατὰ τὴν παλαιὰν ὀρθογραφίαν, ἡ κατὰ Τηλέγονον πραγματεία· καὶ Ἡράκλεια, ἡ κατὰ Ἡρακλέα· καὶ Ὀδύσσεια, ἡ κατὰ Ὀδυσσέα· καὶ Ὀρέστεια, ἧς καὶ ὁ Κωμικὸς μέμνηται, ἡ κατὰ Ὀρέστην.

Hæc de Orestia Tetralogia dicta sunto. Sed quod ita digesta fuerint omnia Æschyli et aliorum poetarum dramata in veterum criticorum didascaliis, quod tragœdiæ omnes cujusque Tetralogiæ affinis essent argumenti, et quod singulis Tetralogiis nomina inderentur ab argumento, licet a viro doctissimo asseratur, longe absum ut credam. Nam quod ad Æschylum spectat, e Fabulis 75, quinque tantum satyros (sine quibus non constabat Tetralogia) agnoscit Biographus. Sed ne ipsæ quidem Tetralogiæ semper ex tragœdiis affinis argumenti, et nomine ab argumento inscriptæ. Quid enim affine habent, Phineus, Persæ, Glaucus Potniensis, Prometheus? aut quovis nomine communi inscribi poterint? ex his tamen Tetralogiam fecisse Æschylum discimus ex argumento in Persas. Plura congerere exempla non est opus, præsertim cum haud raro occurrant.

ΑΘΑΜΑΣ. Quod de Sophocle notarunt veteres, eum fere omnes πραγματείας suas ex Cyclo deprompsisse, idem de Æschylo observare licet. Historias Cyclicas dico Argonauticam, Dionysiacam (sic enim opus suum de Bacchi gestis inscribit Nonnus) Thebaicam et Trojanam. Ad Dionysiacam, quatenus ex epigraphis et fragmentis conjicere est, pertinuere, Σεμέλη, Ἀθάμας, Ἰσθμιασταὶ, Τροφοὶ, Πενθεὺς, Λυκοῦργος, Ἠδωνοὶ, Βάκχαι, Βασσαρίδες, Πενθεὺς, Ξαντρίαι. De Athamante, cui Juno, ægre ferens quod Bacchum infantulum educaret, furorem immisit, nota fabula. Scripserunt et hoc nomine tragœdias Ennius et Attius; Ennius fortasse Sophoclem, verum Attius, ni fallor, nostrum, uti solitus erat, secutus.

ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΓΝΗΣΙΟΙ, ΑΙΤΝΑΙΟΙ ΝΟΘΟΙ. Laudat Hesychius feminino genere, et simpliciori titulo, Αἰτναίας. Αἰμοί, δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. Rursus, Ἀναξίαν βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. Anonymus Vitæ auctor, Αἴτνας, qui etiam qua occasione scriptæ fuerint narrat; Ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. Idem vero Hesychius alibi singulari numero, Αἴτναν vocat; in V. Κρείττονας. ut et Macrobius Saturn. V. 19. *Æschyli Tragœdia est quæ inscribitur Ætna.*

ΑΜΥΜΩΝΗ. De Amymone Danaï filia, quæ ex Neptuno peperit Nauplium, videri possunt Philostratus, Lucianus, Apollodorus, et alii.

ΑΡΓΩ Η ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ. Ad Cyclum Argonauticum referri possint Ἀργὼ, Κάβειροι, Ὑψιπύλη, Φινεύς. Ex hac Tragœdia Attium *Argonautas* suos hausisse facile crederem.

ΑΤΑΛΑΝΤΗ. *Atalantas* Tragœdias docuere Pacuvius et Pomponius Gracchus: sed an ex nostro traductas incertum est. Citatur etiam Nonio *Meleager* Attii.

ΒΑΚΧΑΙ. Exinde Attium *Bacchas* hausisse verisimile est: verum Delrio ex Euripide acceptam esse Attii fabulam ipsa collatione doceri ait; quod mihi nondum satis liquet.

ΒΑΣΣΑΡΑΙ. Mentionem facit Hesychius, Εἰλλόμενον, εἱργόμενον. Αἰσχύλος Βασσάραις. Eadem sine dubio fabula quæ Βασσαρίδες Scholiastæ Nicandri ad Theriaca, ỹ. 289. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι, Κάρφει παλαιῷ, χἀπιβωμίῳ ψόλῳ. Videtur ad Bacchi historiam pertinuisse, cujus ministræ Bassarides.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΤΝΙΕΥΣ. Dramatum epigraphæ plerumque simplices sunt, aliquando vero non ita; nonnullis ἐπίθετον σατυρικὸς, aliis aliud quoddam διακριτικὸν apponitur. Illud, tantum σατύροις, satyricis fabulis, quo distinguantur a tragicis; quod tamen haud semper factum, vel ex hoc Catalogo manifestum est. Cætera autem epitheta, ni fallor, potissimum adhibebantur, ubi binæ aut plures tragœdiæ eodem nomine inscriptæ fuerint: ut Αἰτναῖοι νόθοι, Αἰτναῖοι γνήσιοι· et Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς λυόμενος. Hinc argui possit aliam tragœdiam hoc nomine (*Glaucum*) ab Æschylo exhibitam fuisse; licet eam Catalogi auctor reticuerit. Hujus erat inscriptio Γλαῦκος Πόντιος, de qua in suo loco. Quod ad præsentem attinet, Glaucus iste qui nomen fabulæ indidit Sisyphi erat filius, et apud Potnias regnavit: qui cum equas suas humana carne pasceret, tandem ipse quoque ab illis devoratus fuit. [Vide sis V. Cl. Germ. Val. Guell. ad Georg. III. 267.]

ΔΑΝΑΙΔΕΣ. Eandem hanc cum Ἱκέτισι tragœdiam fuisse suspicor, ex hoc Strabonis loco, V. p. 221. Αἰσχύλος δὲ ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν· ubi αὐτῶν refertur ad Danaïdes, non ad Pelasgos, uti visum est viro docto. Verba Æschyli quæ respicit Strabo hæc sunt,

Κέλσαι δ' Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
Γένος ἡμέτερον.

ΔΙΚΤΥΟΥΡΓΑ. Polluci VII. 10. citatur Æschylus ἐν Δικτυουργικοῖς. Æliano Hist. Animal. VIII. 47. ἐν Δικτυουλκοῖς· ut et Hesychio in V. Θοινᾶσθαι. Eadem omnino fabula.

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ. Hesychio Ἐλευσινίοις, in V. Ἀοζῆσαι. Bellum Thebanum ab ipsis primordiis usque ad exitum persecutus videtur Æschylus: eo enim pertinent hæ tragœdiæ; Λάϊος, Σφὶγξ, Οἰδίπους, Νεμέα, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Ἐλευσίνιοι, Ὀστολόγοι, Ἐπίγονοι. De Eleusiniis et Ossilegis minus certum: verum de priori suadet ut credam quod ex ea adducit Plutarchus in Theseo, p. 14. nimirum ipsum Theseum Adrasto cæsorum cadavera concessisse. Καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου, καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ. Qui originem ducebant ab Hercule ἐπίγονοι Ἡρακλεῖδαι nominabantur. Hecatæus, apud Longinum, c. 27. Κῆυξ δὲ ταῦτα δεινὰ

συνέμενος, αὐτίκα κέλευσι τοὺς Ἡρακλείδας ἐπιγόνους ἰσχυρεῖν. At cum alia fuit Æschyli tragœdia quam Ἡρακλεῖδαι inscripsit, nullus dubito quin in hac de Epigonis istis (Septem ducum posteris) qui bellum alterum moverunt contra Thebas, tractatum fuit. [Cf. Suid. in Voce Ἀδραστεία, et ibi Portum interpretem.] Edidit et Attius tragœdiam, a Nonio sæpius laudatam, cui titulus *Epigoni*; quam ex Æschyli versam esse facile credo; ut et ad eam pertinuisse fragmentum illud quod tacito auctore, ut solet, affert Cicero, Tuscul. II. 25. *Tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse,*

Audisne hæc, Amphiurae, sub terram abdite?

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ. Latine reddidit Ennius.

ΗΔΩΝΟΙ. Edoni Thraciæ populus, qui amnem Strymonem incolebant, Regem suum Lycurgum, oraculi monitu, in Pangæum montem abductum in vincula conjecerunt. Si itaque Λυκουργία Æschyli [cujus meminit Aristophanes in Θεσμοφ, ✝. 142.] Tetralogia fuerit, eo referenda erit hæc tragœdia.

ΗΛΙΑΔΕΣ. Ita citat etiam Athenæus X. 11. et XI. 5. Verum an Heliades, Solis filiæ (quæ Phaëthontem lugebant, ac tandem in arbores conversæ fuerunt) huic tragœdiæ nomen dederint, an Troades, incertum est; eadem enim est quam innuit Scholiastes Sophoclis ad Œdip. Col. ✝. 1244. ubi laudatur ἐν Ἰλιάσιν Αἰσχύλος.

ΘΕΟΔΩΡΟΙ Η ΙΣΟΜΟΙΑΣΤΑΙ. Recte Meursius, Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταὶ, ex Hesychio; Ἴαμβος. Αἰσχύλος Θεωροῖς ἢ Ἰσθμιασταῖς. Priorem titulum nominat et Athenæus XIV. 7. Iis quæ ad Bacchi historiam referuntur annumeranda forsan erit: postquam enim furore acti Athamas Learchum, Ino Melicertam interfecerant, Melicertæ in honorem Isthmiorum certamen, Sisypho auctore, institutum est.

ΚΑΒΕΙΡΟΙ. A Cabiris Samothracum diis, de quibus fusius Strabo X. p. 466. nomen inditum. Hinc Plutarchus, Symposiac. II. Probl. I. Καὶ εἴτις ἀνθοσμίαν δρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους, ὄξους σπανίζειν δῶμα ποιήσαντας, ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν. Interpres, *Et si quis inversione usus incuset Æschyli Cabeiros, quod aceto carituri essent domum fabricati, quod ipsi erant per jocum minati.* Mira interpretatio! de dicteriis agit Plutarchus, queis gratiarum actio quasi per modum vituperationis habetur. *Ac si quis odoriferum decerpens vinum, Cabiros Æschyli incuset, quod aceti inopiam domi effecerint, sicut ipsi erant per jocum minati.* Porro ad Argonautarum historiam pertinuisse videtur, nam in ea omnes Argonautas enumeravit, ut testatur Scholiastes Pindari ad Pyth. Od. IV. 303. et Jasonis comites introduxit ebrios, Athen. X. 7.

ΚΕΡΚΥΩΝ. Satyricum drama; plena itaque inscriptio, Κερκύων σατυρικός. Hesych. Ἀπεψύχη, ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι σατυρικῷ. Sic et postea, Εὐλημαντεῖ, λήματος καὶ ἀνδρείας εὖ ἔχει. Αἰσχύλος Κερκύωνι σατυρικῷ. Nomen habuit a Cercyone, patre Alopes, quem

Theseus in Eleusine palæstra suffocavit, sicut is solebat peregrinos.

ΚΗΡΥΚΕΣ. Satyricum esse drama ex Polluce discimus, X. 19. Εἴρηται τοὔνομα ἐπὶ ἀμφορέων (ita restituit doctissimus Is. Casaubonus) ἐν σατυρικῷ δράματι Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου. Idem X. 49. titulo pleniori citat, Κήρυκες σατυρικοί. Φαίης δ' ἂν καὶ σισύραν, Αἰσχύλου ἐν Κήρυξι σατυρικοῖς λέγοντος, Καὶ τῆς σισύρας τῆς λεοντέας.

ΚΙΡΚΟΙ ΣΑΤΥΡΙΚΟΙ. Is. Casaubonus et Jo. Meursius legunt Κίρκη σατυρικὴ, ex Hesychio; Ζυγώσω, δαμάσω, κλείσω, καθείξω. Αἰσχύλος Κίρκῃ σατυρικῇ. Alibi simpliciter, Αὐτόφορβος, αὐτοφάγος. Αἰσχύλος Κίρκη.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ. Ex quo suum *Lycurgum* transtulisse creditur Nævius. Λυκουργίαν Æschyli citat Aristophanes in Θεσμοφοριαζούσαις, ϒ. 142. quod nomen mihi Tetralogiam sapere videtur, ut Ὀρεστεία, cujus idem meminit in Ranis:

Καί σ' ὦ νεανίσχ', ἥτις εἶ κατ' Αἰσχύλον
Ἐκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι.

Porro hujus Fabulæ hypothesis ex Homero petita, Iliad. Ζ'. 130.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος υἱὸς κρατερὸς Λυκοῦργος
Δὴν ἦν, ὅς ῥα θεοῖσιν ἐπουρανίοισιν ἔριζεν.
Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσσήϊον, αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν, ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου
Θεινόμεναι βουπλῆγι. Διώνυσσος δὲ φοβηθεὶς
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα· κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ.
Τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς· οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν
Ἦν, ἐπεὶ ἀθανάτοισιν ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν.

ΜΕΜΝΩΝ. Affinis argumenti cum Ψυχοστασίᾳ. Machinæ qua usa est Aurora ἁρπάζουσα τὸ σῶμα τοῦ Μέμνονος, meminit J. Pollux. IV. 19. hanc, ni fallor, fabulam respiciens.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ. Scripsit et eo nomine tragœdiam Attius, quam ex nostra proculdubio transtulit: Æschyli enim præ cæteris studiosus fuit imitator. Adhæc, Æschylus duntaxat hujus nominis fecit fabulam: adeo ut parum caute egit, qui utrum Æschylum secutus sit an Sophoclem dubitavit.

ΝΕΜΕΑ. Argumentum sumptum, ut videtur, ex Nemeorum ludorum institutione, in honorem Archemori, Lycurgi et Nemeæ filii, a serpente interfecti, dum nutrix Hypsipyle, quæ sitientibus Argivis (in expeditione adversus Thebas) fontem ostenderet, eum dimisisset in gramine, facit ut credam Pindari Scholiastes, qui de horum certaminum Institutione agens, addit, Ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι καὶ Αἰσχύλος, ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τῷ Νεμέας παιδί. Scripsit et Ennius *Nemeam* tragœdiam, ex nostra proculdubio traductam. [Apollodorus III. 4. Δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς, ὑπὸ δράκοντος

διαφθείρεται. Τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσι. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τοῦτο μέλλοντα προμαντεύεσθαι. Τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν· οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα· καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἄδραστος, σταδίῳ δὲ Ἐτέοκλος· Πυγμῇ Τυδεύς· ἅρματι καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος· ἀκοντίῳ Λαόδοκος· Πάλῃ Πολυνείκης. Τόξῳ Παρθενοπαῖος. Arund. Epoch. Stela. L. 37. Ἀφ' οὗ Ἀργείων Ἐτέοκλος, Ἄδραστος καὶ Ἀμφιάραος ἐβασίλευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Νεμέᾳ συνέθεσαν πρῶτοι, ἔτη [H] Η Η Η Η [X] Δ Δ Δ Π Ι Ι, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως.]

ΞΑΝΤΡΙΑΙ. Hanc Fabulam ad Bacchi historiam pertinuisse argumento esse poterit quod in ea Penthea in Cithærone occisum tradidit. Schol. in Eumen. ỳ. 26. Νῦν φησιν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα· ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις, ἐν Κιθαιρῶνι. Corrigendus obiter Pollux, X. 26. ubi legendum, ἐν Ξαντρίαις Αἰσχύλος.

ΟΠΛΩΝ ΚΡΙΣΙΣ. Scripserunt Pacuvius et Attius *Armorum judicium*; nostrum forsan uterque imitatus; neque enim vel Sophocles vel Euripides hunc titulum agnoscunt. Summa fabulæ apud Ovid. Metam. XIII. Quint. Smyrn. V. et alios.

ΟΣΤΟΛΟΓΟΙ. Quatenus ex epigraphe datum est ariolari, videtur ad historiam Thebaicam pertinuisse. In *Eleusiniis*, Theseus Adrasto concedit ut cæsorum cadavera sepeliantur; quod in *Ossilegis* fortasse factum est, atque inde nomen fabulæ. Potuit et Evadnes mortem complecti, quæ in Capanei rogum seipsam conjecit.

ΠΕΝΘΕΥΣ. Hypothesis ex Euripidis Bacchis petenda; de qua fabula, quisquis auctor erat Argumenti, Ἡ μυθοποιΐα κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ.

ΠΕΡΡΑΙΒΙΔΕΣ. Ita et Athenæus, XI. p. 499. qui tamen alibi eodem libro p. 476. Περραιβὶς Æschyli laudat; ut etiam Hesychius, in V. Ἀπαιόλη.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ. Promethei furtum, vincula et solutionem tribus tragœdiis expedivit Æschylus, Προμηθεῖ πυρφόρῳ, δεσμώτῃ, λυομένῳ. Ex his ultimam Latine reddidisse Attium probant viri eruditi, quod Promethei ad Caucasum religati oratio, quam adducit Cicero, Tuscul. II. 9. dissimulato licet auctoris nomine, ex Æschyli Tragœdia omnino translata fuerit; et quidem ab Attio, sub cujus nomine Nonius locum ex iis producit, in V. *Adulo.* meminitque præterea Attianæ hujus fabulæ in V. *Gelus;* subscribente Prisciano, VI.

Pari argumento inducor ut credam, secundam etiam tragœdiam, Προμηθέα δεσμώτην, ab Attio fuisse traductam; quippe ad eam pertinent, quos eodem modo, tacito auctore, profert idem Tullius, hi quatuor versus, Tusc. III. 31.

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo,
Mederi posse rationem iracundiæ.
PRO. *Siquidem qui tempestivam medicinam admovens,*
Non adgravescens volnus illidat manus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΦΟΡΟΣ. Laudatur Polluci Προμηθεὺς πυρκαεὺς IX. 8. Ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν Πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατὰ Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα ὄντως

ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν, τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ, τὸν Ναύπλιον. An lapsus fuerit memoria nescio; certum est a nemine alio citari; et eandem innuere Pollucem Fabulam quæ vulgo Προμηθεὺς πυρφόρος audit. Fabulam hanc Satyricam esse contendit vir magnus Is. Casaubonus, quod de duabus reliquis minus sit probabile, at unam ex tribus fuisse Satyricam, et in eadem Tetralogia cum Phineo, Persis ac Glauco Potniensi collocatam, testetur vetus auctor hypotheseos in Persas; ait enim, ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. [Et recte quidem vir doctissimus. Satyricam enim fuisse hinc etiam liquet quod in hac fabula introductus fuerit Satyrus, ignem sibi primo visum exosculari et amplecti volens; cui Prometheus,

Τράγος γένειον ἄρα πενθήσεις σύ γε
Καίει τὸν ἁψάμενον.——

In hac ipsa fabulæ inquam, neque enim de hoc argumento tractarunt reliqui duo tragici. Locus extat apud Plutarch. de Capienda ex hostibus utilitate p. 86.]

ΠΡΩΤΕΥΣ. Charactere Satyrico scripta fuit hæc fabula; plena inscriptio Πρωτεὺς σατυρικός. Hesych. Ἀμάλα, τὴν ναῦν, ἀπὸ τῶ ἁμᾶν τὴν ἅλα. Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ. Idem, Ἐπάσω, ἐκτήσω. Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ. Ad Tetralogiam Orestiam pertinuisse docet Scholiastes Aristophanis in Ranas ℣. 1115. Potuit ad Bacchi historiam referri, quem primus omnium Proteus Ægyptiorum rex hospitio excepit.

ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΙ. Hesychio Σαλαμίναι, in V. Ἐκλογον, et Καυθύλας.

ΣΙΣΥΦΟΣ ΔΡΑΠΕΤΗΣ. Quod nuper ad Glaucum Potniensem notavimus, de epitheto διακριτικῷ nomini tragœdiæ affixo, (nempe id factum ut distinguatur ab alia ejusdem nominis fabula) hic quoque locum obtinere debet: alius erat Æschyli Σίσυφος, nempe πετροκυλιστὴς, quem non tamen commemorat (J. Meursii) Anonymus in hoc Catalogo; ab aliis vero laudatum comperimus. De utroque sic decernimus. Sisyphus permissu Plutonis ad Superos reversus, noluit amplius redire ad Inferos, donec a Mercurio vi detractus: hoc fortasse priori tragœdiæ. *Sisypho fugitivo*, argumentum dedit. Tandem ad Inferos delatus, transfugii pœnas luit: has altera, *Sisyphus saxum vorsans*, exhibuit.

ΤΗΛΕΦΟΣ. Telephus ab Achille vulneratus, cum nulla arte sanari posset, oraculum sciscitatus, responsum accepit, ὁ τρώσας ἰάσεται. *Hoc Telephus ubi audivit*, inquit Hyginus, Fab. CI. *ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytæmnestræ Orestem infantem de cunabulis rapuit, minitans se eum occisurum, nisi sibi mederentur.* Quod ab Æschylo in hac tragœdia repræsentatum monet Aristophanis Interpres, in Acharn. ℣. 331. Τὰ δὲ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας, ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος, κατὰ τὸν τραγῳδοποιὸν Αἰσχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σωτηρίας, τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβών. Cætera notiora sunt quam ut referam. Exhibuerunt hoc nomine fabulas Ennius et Attius; quorum ille fortasse Euripidem expressit, hic Æschylum.

ΤΡΟΦΟΙ. Ita etiam Hesychius in V. Δίκρα, et Πιδοίκυ χελιδόνος. Eadem tamen, ni fallor, tragœdia quam laudat Euripidis Scholiastes in Argumento Medeæ, pleniori titulo, Διονύσυ Τροφοί. Quid de Bacchi nutricibus fabulantur veteres, quas Jupiter in Hyadas stellas mutavit, neminem latet.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. Hanc eandem fabulam exhibuerunt et Sophocles et Euripides, ut apparet e Dionis Chrysostomi Oratione LII. ubi tres illos tragicos inter se confert, ostenditque quid in fabula ista componenda quisque eorum sibi habuerit proprium et peculiare: sedenim injuria temporum et Æschyli et Euripidis Tragœdiæ interciderunt. Scripsit et Attius *Philoctetem.*

ΦΡΥΓΕΣ, Η ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΑ. Hypothesis ex Homero Iliad. Ω′. deprompta, quam poëmatis partem λύτρα nominabant veteres. Virgil. Æn. I. 484.

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Lucanum adolescentem idem tractasse argumentum ex Statio discimus, in Silv. II. 7. 54.

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessalosque currus,
Et supplex Priami potentis aurum.

Scripsit et *Hectoris lytra* Ennius, nostrum, ut videtur, imitatus.

ΦΡΥΓΙΟΙ. Meursius arbitratur diversam non esse a præcedenti: cui assentior.

ΧΟΗΦΟΡΟΙ. Apud Latinos Poëtas *Dulorestes* ejusdem argumenti fabula. Scripserunt eo nomine tragœdias, Nævius, Ennius, et Pacuvius.

ΨΥΧΑΓΩΓΙΑ. Legendum, prout habet editio Robortelli, Ψυχαγωγοί. Quo nomine citatur Hesychio in V. Δρώπτειν· Polluci, X. 1. Scholiastæ Homeri, ad Odyss. κ′. 133. et Apollonii, ad III. 846.

ΨΥΧΟΣΤΑΣΙΑ. Tragœdias suas dixit Æschylus, τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρυ μεγάλων δείπνων, Athen. VIII. 8. Hanc sane ex Homero confictam tradunt Plutarchus de audiend. Poët. p. 17. et Eustathius in Iliad. χ′. p. 1266. l. 40. Ipsos Homeri versus adducit Plutarchus, ubi Jovem describit ponderantem κῆρας Achillis et Hectoris,

Ἐν δ᾽ ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο·
Τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ᾽ Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.
Ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ᾽ Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.
Ὤιχετο δ᾽ εἰς Ἀΐδαο. λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων.

Mox subdit, Τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας Ψυχοστασίαν, καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τῦ Διός, ἔνθεν μὲν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠῶ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱῶν μαχομένων. Memnonem intelligit et Achillem quorum animas pensitantem introduxit Jovem Æschylus, κῆρας Homeri de animis intelligens. Eustath. in loc. cit. Jul. Pollux IV. 19. §. 2. in recensendis Theatri partibus θεολογεῖυ meminit supra Scenam unde apparuere Dii, ὡς ὁ Ζεύς, inquit, καὶ

οἱ περὶ αὐτὸν ἐν Ψυχοστασίᾳ. in hac scil. fabula: quod cum non intellexerit Interpres, more suo omisit.

Hactenus de Tragœdiis quæ in Catalogo recensentur; reliquarum nomina, apud alios auctores laudata, hæc sunt.

ΑΛΚΜΗΝΗ. Hesychius, Ἀφορᾶς, φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς, (Meursius, Ἰσθμιασταῖς) καὶ Ἀλκμήνῃ.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ. Athenæus, III. 10. Ἀρσινικῶς δὲ ἐν Ποντίῳ Γλαύκῳ Αἰσχύλος. Strabo, X. p. 446. Ὑπὸ τουῦδε πάθους καὶ ὁ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ. Argumentum proditur a Pausania, in Bœotic. c. 22. Τούτου τι δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα, καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα· εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, καὶ ἐπεὶ τῆς πόας ἔφαγε δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, καὶ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα εἰς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πειρὰ ἥγηνται, καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες, πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἐκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ᾆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον· Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσε.

ΔΑΝΑΗ. Hesychius, Καθαίρομαι γῆρας, ἐκδύομαι. Αἰσχύλος Δανάῃ.

ΕΛΛΑΔΙΟΣ. Harpocration in V. Μαλακιζόμεν. Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ.

ΘΑΛΑΜΟΠΟΙΟΙ. Pollux, VII. 27. Καὶ λίσθιον δὲ, καὶ ἐκφάτνωμά τι, καὶ κύτημα, μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς.

ΝΗΡΕΥΣ. Hesychius, Ἀθὴρ, ἐπιδορατὶς, μεταφορικῶς. Αἰσχύλος Νηρεῖ.

ΣΙΣΥΦΟΣ ΠΕΤΡΟΚΥΛΙΣΤΗΣ. Eustratius in Ethic. III. 1. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε ταῖς Τοξότισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ.

ΦΙΝΕΥΣ. Scholiastes in Argumento Persarum, Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. Citatur etiam Athenæo. X. 5.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ. Pollux, VII. 22. Ταῦτα πύλωτρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἰσχύλος.

Johannes Meursius in accurato suo de Tragœdiis Æschyli, Sophoclis et Euripidis libello, inter Æschyli Fabulas Μηδείαν et Σατύρους recenset. De priori Aristotelem testem adducit. Poët. c. 18. Ἐν δὲ τοῖς δράμασι, πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει· σημεῖον δὲ, ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, ἢ Μηδείαν, καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. Hanc ego, cui ex verbis Aristotelis nihil tale innotescit, prætermittendam potius duxi. De posteriori Pausaniam laudat in Corinthiacis. c. 13. Τούτῳ Ἀριστίᾳ Σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι, πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατα. Cæterum intelligendus omnino Pausanias de Satyricis Fabulis, quas Græci vocant modo Σατυρικὴν ποίησιν, aut Σατυρικὰ δράματα· modo simpliciter Σατύρους. Liquidissime Diogenes Laërtius in Menedemo, II. Segm. 133. Ἀχαιῷ τὸ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου.

IN FRAGMENTA

TH. STANLEII COMMENTARIUS

[Quæ uncinulis includuntur ex Auctoris MSto accedunt.]

Athamante.

I.

ΤΡΙΠΟΥΝ ΛΕΒΗΤΑ. Citat Eustathius in Odyss. Ε'. p. 1541. l. 29. τὸ δὲ σύνθετον ἔχει (πυς.) τὸν πολύπυν γὰρ φαμὲν, καὶ τὸν Οἰδίπουν· καὶ τὸν τρίπυν λέβητα παρ' Αἰσχύλῳ. Tragœdiæ nomen indicat Athenæus, Deipnosoph. VII. 19. καὶ τρίπυν δὲ λέβητα (φασὶν) Αἰσχύλον εἰρηκέναι ἐν 'Αθάμαντι ἀπὸ ἁπλῦ τῦ πῦς. Distichon integrum celato Tragœdiæ nomine profert Eustathius in Iliad. Ι'. p. 740. l. 7. καὶ ὅτι τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων ἦσαν, οἳ καὶ λέβητες ἐκαλῦντο· ἐμπυριβήτης, καὶ ὁ λοιτροχόος. Αἰσχύλος,

Τὸν μὲν τρίπυς, κ. τ. λ.

II.

Ibid. ΑΗΤΟΥΣ. Μεγάλυς. Αἰσχύλος 'Αθάμαντι. Hesych.

III.

Ibid. ΑΠΑΡΤΙΑι. Hesychius, 'Απαρτιᾷ, ἀπαρτισμένως. Αἰσχύλος 'Αθάμαντι. [Conjungenda est hæc Tragœdia in Cyclo cum Διονύσυ Τροφαῖς.]

Ajace Locrensi.

ΚΕΚΙΘΑΡΙΚΕΝ. Zenobius VI. 14. τὸ κεκιθάρικεν, οἷον ἐματτεύσατο· ὥς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. [Nullum aliud extat fragmentum ex hac tragœdia, et qui tragœdiarum Æschyli catalogum exhibet nullam facit hujus epigraphes mentionem.]

Ætna, et Ætnæis.

I.

ΤΙ ΔΗΘΕΝ ΑΥΤΟΙΣ. Alterna hæc esse (quod στιχομυθία dicebatur) ex ipso sensu satis constat, licet personarum nomina a Macrobio

non fuerint præfixa. *Æschyli* (inquit) *Tragœdia est quæ inscribitur Ætna, in hac cum de Palicis loqueretur sic ait,* Τί δῆθεν, κ. τ. λ.

[ΣΕΜΝΟΥΣ ΠΑΛΙΚΟΥΣ. Hesych. Παλικοί· ἀδράνῳ δύο γεννῶνται υἱοὶ παλικοί· οἱ νῦν τῆς Συρακυσίας εἰσὶ κρατῆρες, οἱ καλέμενοι παλικοὶ, οἱ καὶ κατωκήσαντες αὐτῇ. Ubi vide quæ a viris doctis sunt annotata. Steph. Byzant. Παλικὴ, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἐνδεκάτῳ περιηγήσεως Σικελίας Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι. Πλήσιον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονες τινες ἓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστυ· κληθῆναι δὲ αὐτὺς παλικὺς διὰ τὸ ἀποθανόντες πάλιν εἰς ἀνθρώπυς ἱκέσθαι.]

II.

Ibid. ΚΡΕΙΤΤΟΝΑΣ. Hesychius, Κρείττονας· τὺς ἥρωας ὅτω λέγυσιν· δοκῦσι δὲ κακότυχοί τινες εἶναι, διὰ τῦτο καὶ οἱ παριόντες τὰ ἡρῷα σιγὴν ἔχυσι, μή τι βλαβῶσι· καὶ οἱ θεοὶ δέ. Αἰσχύλος Αἴτνα.

IV.

Ibid. ΑΙΜΟΙ. Δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. Hesych. Ubi vide quæ annotata.

V.

Ibid. ΑΝΑΞΙΑΝ. Βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτανίαις Meursius restituit Αἰτναίαις) Hesych.

Alcmena.

ΑΠΟΣΤΑΣ. Φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθαθαῖς καὶ Ἀλκμήνη. Hesychius. Verum cum nullibi (hoc excepto loco) reperiatur hæc Tragœdiæ Æschyleæ epigraphe, valde suspicor quod sicut in præcedenti dictione Ἰσθασθαῖς (pro qua recte legit Meursius Ἰσθμιασταῖς) ita et in hac etiam mendosus sit Hesychii codex, et pro Ἀλκμήνη, legendum Ἀλκμάν.

Amymone.

I.

ΣΟΙ ΜΕΝ ΓΑΜΕΙΣΘΑΙ. Ita distinguit Scholiastes Euripidis in Medeam ẏ. 606. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή. Homerus, Odyss. Λ'. 272.

Γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν.——

Et Anacreon, effœminatum quendam suggillans,

Καὶ θάλαμος ἐν ᾧ κεῖνος
Οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.

Quo sensu Martialis, VIII. 12.

——*uxori nubere nolo meæ.*

Hoc est, uxori non serviam, ut illa potius vir sit quam ego.

[Jul. Pollux III. 3. Καὶ γῆμαι μὲν ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγεται, γήμασθαι δὲ ἐπὶ τῆς γυναικὸς, ὁ γαμηθῆναι. Hom. Odyss. Φ'. 163.

Γήμαιθ' ὅτις πλεῖστα πόροι, καὶ μόρσιμος ἔλθοι.]

II.

Ibid. ΒΑΚΚΑΡΕΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΜΥΡΑ. Βάκκαρις unguenti genus ex baccaris radice confectum. Hesychius, Βάκκαρις· μύρον ποιὸν ἀπὸ βοτάνης ὁμωνύμου. [Ἔνιοι δὲ ἀπὸ μυρσίνης, ἄλλοι δὲ μύρον Λύδιον. Scholiastes noster (Α'.) ad Pers. ☦. 41. Καὶ τὴν βάκχαριν δὲ ἔνιοι μύρον Λυδῶν ἔφασαν.] Plinius, N. H. XII. 12. *Baccar quoque radicis tantum odoratæ est, a quibusdam nardum rusticum appellatum, unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos Aristophanes priscæ Comœdiæ poeta testis est.* Quidam βάκκαριν pro omni unguento usurparunt: Æschylus, prout monet Athenæus, XV. 12. ἀντιδιαστέλλει, *distinguit*; ut et Simonides, apud eundem,

Κἠλειφόμην μύροισι, καὶ θυώμασι,
Καὶ βακκάρει.——

Et Aristophanes,

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ' οἶνον ἔπνευσεν ὁ μιαρὸς
Φάσκωλος εὐθὺς λυόμενός μοι τοῦ μύρου,
Καὶ βακκάριδος.——

III.

Ibid. ΘΡΩΣΚΩΝ. Κνώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων· γεννῶν· Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ. Hesych. eadem occurrit dictio in Eumenidibus, ☦. 663.

Τίκτει δ' ὁ θρώσκων.——

Ubi Scholiastes σπερμαίνων interpretatur.

Argivis.

I.

ΚΑΙ ΠΟΛΤΑΚΑΝ. Lege,

Καὶ πάλτα κἀγκύλητα καὶ χλῆδον βαλών.

II.

Ibid. ΑΡΟΥΡΩΝ ΕΠΗΛΥΣΙΩΝ. Legendum ἐπηλυσίων, ipsa quæ præfigitur in Etymologico dictio satis docet. Ἐπηλύσια interpretatur εὐκίνητα, hunc locum adducens.

III.

Ibid. ΑΠΟΣΚΗΜΜΑ. Ἀπέρισμα. (Ἀπέρεισμα Palmer.) Αἰσχύλος Ἀργείᾳ. Hesych. Meursius Ἀργείοις recte.

IV.

Ibid. ΕΜΜΕΛΕΙΑ. Saltationis Tragicæ genus. Hesychius,

Ἐμμέλεια, εἶδος ὀρχήσεως. Καὶ Πλάτων ἐπαινεῖ τὴν ὄρχησιν· καὶ φησὶ, ἡ ἀπὸ τῦ μέλυς ὠνομάσθη, ἢ ἀπὸ τῦ πρὸς τὰ μέλη γίνεσθαι· τραγικὴ δὲ ὄρχησις· ἀργυρίοις (Meursius Ἀργείοις) δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τῦ σατυρικὴ, ἢ ἐπὶ σίκιννις. (Soping. ἐςὶ σίκιννις.)

Bassaris.

ΕΙΛΛΟΜΕΝΟΝ. Εἰργόμενον. Αἰσχύλος Βασσάραις. Hesych.

Ibid. ΚΑΡΦΕΙ ΠΑΛΑΙΩι. Scholiastes Nicandri, Ther. ✝. 289. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι, Κάρφει παλαιῷ, κ. τ. λ.

Glauco marino.

I.

ΚΟΓΧΟΙ. Notat Athenæus III. 10. quod κόγχος masculino genere usurpetur Æschylo, ut et Aristonymo in Theseo,

Κόγχος ἦν βάπτων ἄλλων ὁμοίως.

Et Phrynicho in Satyris.

II.

Ibid. ΕΥΒΟΙΔΑ ΚΑΜΠΤΗΝ. Terræ motu urbem hanc Euboida absorptam fuisse refert Strabo X. p. 446. ubi hoc Æschyli fragmentum adducit, Ὑπὸ τοιῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ,

Εὐβοΐδα καμπτὴν, κ. τ. λ.——

III.

Ibid. Pausaniæ verba, quibus argumentum hujus Tragœdiæ prodit, supra attulimus, ad Catalogum.

Glauco Potniensi.

I.

ΕΦ' ΑΡΜΑΤΟΣ ΓΑΡ ΑΡΜΑ. Ex hoc versu duos confecit Euripides, in Phœnis. ✝. 1201.

Τροχοί τ' ἐπήδων, ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι.
Νεκροὶ δὲ νεκροῖς ἐξισωρέυονθ' ὁμῦ.

Ad quem locum Scholiastes, Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Γλαύκῳ,

Ἐφ' ἅρματος γὰρ, κ. τ. λ.

Glaucum intelligi Potniensem ex Scholiaste Aristophanis ad Ranas ✝. 1447. discere est. Τὸ δὲ ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, ἐκ Γλαύκυ Ποτνιέως Αἰσχύλυ. Verba Comici festivissimi, sub personis Euripidis, Æschyli et Bacchi, non prætermittenda sunt,

ΕΥ. Σιδηρόβριθές τ' ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.
ΑΙΣ. Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρῷ νεκρός.

ΔΙ. Ἐξηπάτηκεν αὖ σε καὶ νῦν. ΕΥ. Τῷ τρόπῳ;
ΔΙ. Δύ' ἅρματ' εἰσέθηκε, καὶ νεκρὼ δύο.

II.

Ibid. ΙΜΕΡΑΝ. Est Siciliæ fluvius, de quo et Pindarus, Pyth. I. 153.

Παρ' δὲ γε τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα.——

Urbs ibi cognominis, Zanclæorum colonia, Pythagoræ factis celebris; de quo in vita ejus Iamblichus, VII. Καὶ ἐλευθέραν ἐποίησε Κρότωνα καὶ Σύβαριν καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον καὶ Ἱμέραν καὶ Ἀκράγαντα καὶ Ταυρομένην καὶ ἄλλας τινάς. Ita enim ex Porphyrio restituendus iste locus.

Ibid. ΕΥΟΔΙΑΝ ΜΕΝ ΠΡΩΤΑ ΑΠΟ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΧΕΟΜΕΝ. Ex hoc Æschyli versu Aristophanis illum in Ranis adumbratum monet Scholiastes,

Πρῶτα μὲν εὐωδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ.

III.

Ibid. ΣΑΤΥΡΟΥΣ. Schol. Theocriti Idyll. IV. 62. Τὺς Σατύρυς οἱ πλεῖστοί φασιν, ὡς καὶ τὺς Σιληνὺς, καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ. Ad utram vero pertineat fabulam, incertum est.

V.

[ΞΙΦΙΡΟΥ ΛΙΜΗΝ. Hesych. Ξιφίρυ λιμήν· Αἰσχύλος Γλαυκῷ Ποτνιεῖ, ὁ πορθμός· Ταῦτα γὰρ πάντα περὶ Ῥήγιον ὤρισεν.]

Danae et Danaidibus.

I.

ΚΑΘΑΙΡΟΜΑΙ ΓΗΡΑΣ. Ἐκδύομαι· Αἰσχύλος Δανάῃ. Ita Hesychius. Ubi tamen malim legi Δαναΐσι· nusquam enim, nisi in hoc solo Hesychii loco, reperienda est epigraphe illa: altera sæpius occurrit.

I.

Ibid. ΚΑΠΕΙΤΑ Δ' ΕΙΣΙ. Illud Pindari Pyth. III. 32.

Ἑσπερίαις ὑποκου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς.——

Scholiastes dictum velit, διὰ τὸ τὺς ὑμνῦντας ἐπευφημιζομένυς λέγειν, σὺν κόρυς τε καὶ κόραις. Dein his tribus Æschyli versibus allatis, subdit, καὶ τῷ βίῳ ἀκορεῖ ἀντὶ τῦ, κόρας κορώνας· παροτρύνοντες δ' ἔνιοί φασιν, ἐκκορεῖ κόρει κορώνας, αἰσχύνην ἐξευτελίζων. Lege, ἐκκορεῖ κόρη κορώνην

II.

Ibid. ΕΡΑι ΜΕΝ ΑΓΝΟΣ. Grotius pro τρῶσαι legit τρῆσαι· pro ἐνάεντος, ἐννοῦντος· pro ἔλυσε, ἔκυσε· pro δένδρων δέ τις ὥρ', δένδρων δέ θ' ὥρα. Elegantissimum hoc fragmentum adumbrare conati sunt plures. Vide sis quæ supra observavimus ad Agamemn. ỳ. 1400.

Dictyulcis et Dictyurgis.

I.

ΟΒΡΙΑ. De hac dictione Ælianus Histor. Animal. VII. 47. Καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι, καὶ Δικτυουλκοῖς. Æschyli locus in Agamemnone, quem innuit Ælianus, non ὄβρια habet, sed ὀβρίκαλα, ỳ. 146.

Πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
Θηρῶν ὀβρικάλοισι.——

Eustathius in Odyss. I. p. 350. Ὑστρίχων δὲ καὶ τῶν τοιούτων (τὰ πογνὰ καλοῦνται) ὄβρια, καὶ ὀβρίκαλα· ὧν χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι.

II.

Ibid. ΘΟΙΝΑΣΘΑΙ. Εὐωχεῖσθαι. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς. Hesych.

III.

Ibid. ΔΙΚΤΥΟΥ Δ' ΕΥΗΤΡΙΑ. Pollux, VII. 10. Ὕφασμα δὲ ἐστι λεπτὸν, ευηφὲς, ἰσχνὸν, εὐήτριον, εὔπλοκον. Τὸ δὲ εὐήτριον ἐν Δικτυουργικοῖς (Meursius, Δικτυουργοῖς) Αἰσχύλος, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτος, ἀλλ' οὖν εἴρηκε,

——δικτύου δ' εὐήτρια.

Bacchi Nutricibus.

I.

Scholiastes Aristophanis in Equit. ỳ. 1318. ὥσπερ ἡ Μήδεια λέγεται, ὡς μὲν Αἰσχύλος ἱστορεῖ, τὰς τροφὰς τοῦ Διονύσου ἀφεψήσασα ἀνανεάσαι ποιῆσαι μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν. Nomen Tragœdiæ reticuit; quod tamen proditum est a Scholiaste Euripidis, in Argumento Medeæ. Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τροφοῖς ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφὰς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα ἐνεοποίησε. [Bacchus cum vidisset ex decrepito sene juvenem factum Æsonem, Medeam rogavit, ut Nymphas quoque suas Nutrices juvenilibus annis restitueret, quod facile a Medea impetravit. Ovid. Med. VII. 295.

Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber; et admonitus juvenes nutricibus annos
Posse suis reddi, capit hoc a Colchide munus.]

II.

Ibid. ΔΙΚΡΑ. Ὄψεις, ἡ διπλῆ. Hesychius.

III.

Ibid. ΠΕΔΟΙΚΟΥ ΧΕΛΙΔΟΝΟΣ. Συνοίκου· Αἰσχύλος Τροφοῖς. Hesychius. [Vel forsan μετοίκου, Æolice, quod potius significat *inquilinam, advenam,* ut Horatio, Epod. II. 35. Grus dicitur.]

Eleusiniis.

I.

ΑΟΞΗΣΩ. Διακονήσω, ὑπεργήσω. Αἰσχύλος Ἐλευσινίοις. Hesych. Legimus, Αὐξήσω. Vide quæ ad Agamemn. ℣. 239.

II.

Ibid. Plutarchus in Theseo, p. 14. Καταμαρτυρεῖσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων (sc. concedendo sepulturam cæsis) ὁ Θησεὺς πεποίηται.

Elladio.

Nunquam inducar ut credam hoc nomen esse fabulæ Æschyleæ; nullibi enim comparet præterquam in depravatissimo Harpocrationis loco, cujus hæc sunt verba, Μαλακιζόμενοι· Δημοσθένης ἐν ἐνάτῳ Φιλιππικῶν φησι, Μένομεν καὶ μαλακιζόμεσθα. Ἐν ἐνίοις γράφεται μαλακιόμεν. Ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄρον φρίττειν. Αἰσχύλος ἐλλαδίῳ κεκμῶτι μαλακίαν κτλ. Videtur ἐλλαδίῳ verbum ὁσιῶδες fragmenti potius quam nomen fabulæ. [Vide infra ad fabulam quæ Λαΐος inscripta.]

[ΜΑΛΑΚΙΩΝ. Hesych. Μαλακία· νόσος, βλακία. Hinc verbum μαλακιῶ.]

Epigonis.

I.

ΛΟΙΒΑΙ ΔΙΟΣ ΜΗΝ. Scholiastes Pindari, Isthm. Od. VI. 10. τὸν δὲ τρίτον κρατῆρα Διὸς σωτῆρος ἔλεγον, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ, Ζεῦ παυσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου τρίτου κρατῆρος· τὸν μὲν γὰρ πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν, τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος, καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις, Λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου, Ἥρας τε· εἶτα τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω, εἶτα τρίτον, Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

III.

Ibid. ΤΡΙΤΟΝ ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΥΚΤΑΙΑΝ ΛΙΒΑ. *Tertio Jovis sospitatoris, &c.* Τὸ τρίτον ad versum pertinet: neque est Scholiastæ, prout Meursio videtur.

Ibid. [ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΥΚΤΑΙΑΝ ΛΙΒΑ. De qua vide sis Parœmiographos. Jul. Poll. VI. 2. Κρατῆρες δὲ, ὁ μὲν πρῶτος, Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ Ὀλυμπίων θεῶν. Ὁ δὲ δεύτερος, ἡρώων, Ὁ δὲ τρίτος, Διὸς σωτῆρος τελείου, ὅτι καὶ τὰ τρία, πρῶτος τέλειος ἀριθμός. Vide Nicom. Arithm. et Θεολογ. et Meursii Denarium Pythag. et quæ nos in vita Pythagoræ. Suidas in Vocibus Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς σωτῆρος (suppl. *poculum haurire solebant.*) Corruptissime apud interpretem Pindari scribi hos versus dicit Heinsius in Hesiod. p. 62. restituitque,

Λοιβαὶ Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίω γάμω,
Ἥρας τε, τὴν τε δευτέραν κρᾶσιν νέμω,
Τρίτην Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.]

Europa.

ΜΥΛΑΣ. Stephanus, Μύλασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου τοῦ Χρυσαόρου, κ. τ. λ. λέγεται καὶ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν ἢ Εὐρώπῃ.

Edonis.

I.

[ΣΕΜΝΑ ΚΟΤΥΣ. Vide Martin. Lex. Philolog.]
ΟΡΙΑ Τ' ΟΡΓΑΝ' ΕΧΟΝΤΑ. Scripti libri ἔχοντες vel ἔχοντας.

II.

Ibid. ΜΑΝΙΑΣ ΕΠΑΓΩΓΟΝ ΟΜΟΚΛΑΝ, *strepitum qui furorem alliceret*. Hesychius, Ὁμοκλῇ· ἀπειλῇ, βοῇ.

Ibid. ΧΑΛΚΟΘΕΟΙΣ. Rectius (quod et monuit Casaubonus) legitur χαλκοδέτοις apud Athenæum XI. 8. καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἴρηκε,

Ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀττοβεῖ.

IV.

Ibid. ΤΙ ΠΟΤ' ΕΣΤΑΙ Ο ΜΟΥΣΟΜΑΝΤΙΣ. Illud Aristophanis in Avibus, ℣. 227.

Τί, ποθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπον ὄρνις ὀρειβάτης,

Ex hoc loco Æschyli adumbratum monet Scholiastes.

V.

Ibid. ΙΚΤΑΡ. Erotianus,

Μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἠδωνοῖς.

VI.

Ibid. ΛΔΑΣΜΟΣ. Οὐδένα δασμὸν ἐκτελοῦσα (ita restituit Meursius) οἷον τελοῦσα ἐνοίκιον· Αἰσχύλος Ἠδωνοῖς Hesych.

VII.

Οὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται·

Καὶ Αἰσχύλος, Μήτε κρωσσοὺς μήτ' οἰνηρὰς μήθ' ὑδατηρὰς λειπεῖν ἀφνειοῖσι δόμοισιν.]

LXVII.

[ΣΥ ΔΕ ΣΠΑΘΗΤΟΙΣ. Jul. Pollux. VII. 18. Ὅτι μέντοι καὶ τριμίτα ἠργάζοντο Αἰσχύλος διδάσκει, φήσας, Σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι.]

LXVIII.

[ΛΟΥΤΑΙ ΓΕ ΜΗΝ. Jul. Pollux. VII. 33. Αἰσχύλος δ' ἂν ἐοίκοι τα βαλανεῖα λουτήρια λέγειν,

Λουταί γε μὴν λουτήριον αὐτὸ δεύτερον·
Ἀλλ' ἐκ μεγίστων εὐμαρῶς λουτηρίων.]

LXXV.

[ΙΩΝΙΚΗΝ ΡΗΣΙΝ. Ionicum verbum, pro dissoluto ac molli extulit Hesychius. Ἰωνικόν· τρύφερον· ἐπὶ τούτου γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἴωνες. Unde et Horatianum illud, Od. III. 6.

Motus doceri gaudet Ionicos,

Quod ex Aristophanis Concionatricibus desumptum esse monet V. Cl. Hadrianus Junius, ubi anus ita loquitur, ỷ. 913.

Ἤδη τὸν ἀπὸ Ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾷς.]

LXXVI.

[Ο, ΤΙ ΝΥΝ ΗΛΘ' ΕΠΙ ΣΤΟΜΑ. V. Cl. Petr. Victorius V. L. XI. 16. "*Scribere quempiam quod in buccam venerit*, qui modus loquendi usurpatur non semel a Cicerone, valere *temere negligenterque id facere,* nec delectu ullo sententiarum habito, notum est. Videtur autem derivatum huc esse a Græco sermone. Plato enim de Repub. VIII. id usurpat, qui tamen quasi auctorem ejus appellat, et unde fluxerit ostendit, ita scribens, Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον ἔφη ἐροῦμεν ὅ, τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα. Sed etiam Plutarchus in Commentario quem inscripsit, Ἐρωτικόν. Cum enim multum de vi ejus perturbationis disputatum esset, ait, ὃ τοίνυν ἐν ἀρχῇ καιρὸν εἶχε ῥηθῆναι μᾶλλον, οὐδὲ νῦν· ἐπεὶ νῦν ἦλθεν ἐπὶ στόμα, κατ' Αἰσχύλον, ἄριστον ἰάσειν μοι δοκῶ. Dionysius vero Halicarnasseus in eadem sententia explicanda, non στόμα sed γλῶσσαν ait in libro de compositione verborum. Εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν, ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ λέγειν. Μηδὲ εἰκῇ συντιθέασι τὰ προστυχόντα ἀλλήλοις· qui tamen et ipse non suis, sed alienis poeticisque verbis in sensu animi sui exponendo usus est: Poetæ namque verba illa esse nullo negotio intelligitur: Præterquam quod eadem usurpat, non citato sane auctoris nomine, poetæ tamen esse significans, Athenæus, Deipnosoph. V. quo loco Platonem negligentiæ insimulat quod multa peccavit in scriptis suis contra rationem temporum. Verba ipsius hæc sunt, Ὅτι δὲ πολλὰ ὁ Πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει, δῆλόν ἐστιν ἐκ πολλῶν. Κατὰ γὰρ τὸν εἰπόντα ποιητὴν, ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔλθῃ, τοῦτο μὴ διακρίνας γράφει. An autem hæc

Æschyli sunt, eundemque locum tres hi Græci scriptores intellexerint, non affirmaverim, ut de posterioribus duobus non dubito. Apud Æschylum certe illa, in his quæ supersunt illius fabulæ, non leguntur. Non dissimilem autem sententiam magnus hic Tragicus, quem Plato semper admiratur ac celebrat, in Eumenidibus suis protulit, ubi fecit Palladem cum Furiis ipsis, e quibus Chorus constabat, ita loquentem, ỳ. 973.

——στέργω δ' ὄμματα Πειθοῦς,
Ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷ
Πρὸς τάσδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας."

Hæc ille.]

[LXXVIII.

ΔΑΥΛΟΣ Δ' ΥΠΗΝΗ. Etymolog. in Voce. Δαυλίς· δαῦλον γὰρ τὸ δασύ. Αἰσχύλος,

Δαῦλος ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν.]

[LXXIX.

ΚΑΠΗΛΑ ΠΡΟΣΦΕΡΩΝ ΤΕΧΝΗΜΑΤΑ. Etymolog. Κάπηλος, ὁ μετάβολος καὶ οἰνοπώλης, παρὰ τὸ χέειν τὸν πηλὸν ἤγουν τὸν οἶνον. Τινὲς οἴονται ἐν ἀνθ' ἑνὸς εἶναι· οἷον ἐν τῷ παρὰ Σοφοκλεῖ· Πολὺς δὲ πηλὸς ἐκ πίθων τυρβάζεται. Ὁ μὲν οὖν Σοφοκλῆς, εὐεπίφορος εἰς τὸν πηλόν. Ὁ μέν τοι οἶνος οὐκ ἔστι πηλός· πόθεν δὲ ἐν τῷ καπήλῳ ὁ οἶνος ἔγκειται; καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἰνοπώλης καὶ ἕτερον καπηλεῖον. Καθόλου γὰρ τοὺς πωλοῦντάς τι καπήλους ἔλεγον. Ὁ δὲ Αἰσχύλος τὰ δόλια πάντα καλεῖ κάπηλα—κάπηλα προσφέρων τεχνήματα. Vide plura ad Sept. Theb. ỳ. 551.]

[XCVI.

ΠΕΛΥΤΡΑ. Jul. Pollux. II. 40. Περὶ τοῖς ποσὶ πίλοις.]

[XCVIII.

ΚΑΤΑΦΑΓΑΣ. Jul. Pollux. VI. 8. Παμπόνηρος δὲ ὁ παρὰ τῷ Μυρτίλῳ τῷ κωμικῷ καταφαγὰς, εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐχρήσατο.]

[XCIX.

ΝΙΠΤΡΑ. Jul. Pollux. VII. 11. Τὸ δὲ τῶν ποδῶν νίπτρον, νίπτρα μὲν Αἰσχύλος, Ἀριστοφάνης δὲ ἀπονίπτρον.—]

[CI.

ΑΛΑΒΑΣΤΡΟΦΟΡΟΝ. Jul. Pollux. VII. 33. Καὶ τὰς ἀλαβάστρους φέροντα Αἰσχύλος εἴρηκεν ἀλαβαστροφόρον. Vide Callim. in Lavacrum Pallados et Criticos in Div. Matth. xxvi. 7.]

[CII.

ΟΥΡΑΝΗ. Jul. Pollux. X. 9. Τοῖς δὲ δεσπόταις, τῷ μὲν ἀνδρὶ, καὶ

λάσανα ἀναγκαῖα, καὶ ἀμίς· ἣν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ ἐνουρήθραν καλεῖ, καὶ Αἰσχύλος οὐράνην.]

[CIII.

ΟΣΤΕΩΝ ΣΤΕΓΑΣΤΡΟΝ. Jul. Pollux. X. 46. Καὶ στέγαστρον δὲ ὅς τις ἐθέλει ὀνομάζειν, ἧπερ ἡ πολλὴ χρῆσις τὴν στεγαστρίδα διφθέραν, τὸν σκύτινον, τοῦτον χιτῶνα, καταφεύγεται ἐπὶ τὸν Αἰσχύλου εἴποντα ὀστέων στέγαστρον.]

[CXV.

ΕΞΑΥΣΤΗΡ. Etymolog. Ἐξαυστήρ· σημαίνει σκεῦός τι· παρὰ τὸ αὔω, αὔσω, αὐστὴρ καὶ ἐξαυστήρ· Αἰσχύλος.]

[CXXXVIII.

TRADIT QUOD QUI ALIQUEM. Etymologi verbi sunt hæc, Ὅτι δὲ καὶ ἐγεύοντο τοῦ αἵματος καὶ ἀπέπτυον, Αἰσχύλος μαρτυρεῖ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά.]



ÆSCHYLI

SENTENTIÆ ALIQUOT INSIGNIORES

COLLECTÆ ET LATINIS VERSIBUS REDDITÆ

A

GULIELMO CANTERO, ET CASP. BARTHIO;

QUIBUS ACCEDUNT

EXCERPTA EX EJUSDEM TRAGŒDIIS

HUGONE GROTIO

INTERPRETE.

ÆSCHYLI SENTENTIÆ
A GUL. CANTERO
LATINIS VERSIBUS REDDITÆ.

Prometheus.

ỷ. 224. ΕΝΕΣΤΙ γάρ πως, κ. τ. λ.

Namque hic solet quodam modo tyrannidem
Tentare morbus, non amicis fidere.

ỷ. 329. Γλώσσῃ ματαίᾳ, κ. τ. λ.

Plerumque damnum lingua futilis parat.

ỷ. 749. ——Κρεῖσσον γὰρ, κ. τ. λ.

——nam semel præstat mori,
Quam luce quavis rursus exponi malis.

ỷ. 1038. ——σοφῷ γὰρ, κ. τ. λ.

——non enim peccare sapientem decet.

Septem ad Thebas.

ỷ. 444. Τῶν τοι, κ. τ. λ.

Cum vana pertentat viros fiducia,
Non unus illum lingua mox index notat.

ỷ. 631. Θεοῦ δὲ, κ. τ. λ.

Humana enim donum Dei est felicitas.

Persæ.

ỷ. 744. Ἀλλ' ὅταν, κ. τ. λ.

Cum quis urserit quid, ipse nititur simul Deus.

ỷ. 844. Ὡς τοῖς θανοῦσι, κ. τ. λ.

Nam nil opes letho peremptis proderunt.

Agamemnon.

℣. 562. ——τίς δὲ πλὴν θεῶν, κ. τ. λ.

——quis præter Deos
Illæsus omne tempus ætatis terit?

℣. 1313. Ἀλλ' εὐκλεῶς, κ. τ. λ.

At mortem honeste oppetere mortalem juvat.

Choephoræ.

℣. 101. Τὸ μόρσιμον γὰρ, κ. τ. λ.

Vis namque fati et liberum manet virum,
Et qui sub alia constitutus est manu.

Diræ.

℣. 217. Εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ, κ. τ. λ.

Fatalis etenim est conjugi gemino thorus,
Majorque Sacris, quem tueri vult Themis.

Supplices.

℣. 211. Θρασυστομεῖν γὰρ, κ. τ. λ.

Nec enim minores convenit magnum loqui.

℣. 740. ——χρόνῳ τοι, κ. τ. λ.

——nimirum statuto tempore
Quisquis Deos offenderit pœnas dabit.

Armorum judicium.

Ἁπλᾶ γὰρ ἐστι, κ. τ. λ.

Nam simplici sermone pollet veritas.

Cares.

——ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ, κ. τ. λ.

——sed Mars amat
Qui semper acie sunt in omni principes.

Incerta, ex Stobæo.

Phys. c. 7. Δράσαντι γάρ τοι, κ. τ. λ.

Qui perpetravit, cogitur etiam pati.

Ibid. Τό τοι κακὸν, κ. τ. λ.

Velox quidem mortalibus venit malum.

Ibid. Ὦ Ζεῦ πάτερ, κ. τ. λ.

Saturnie pater, tu quidem cœli tenes
Imperia, tu vero vides mortalium
Facta improba atque injusta: namque moribus
Vivunt ferarum, quæ colunt injuriam.

Ethic. c. 7. Κοινὸν τύχη, κ. τ. λ.

Fortuna cunctis, sana mens paucis datur.

[SENTENTIÆ EX ÆSCHYLI PROMETHEO VINCTO,

C. BARTHIO *Interprete.*

ADVERS. VII. 11.

ỳ. 35. ΝΕΟΣ γαρ, κ. τ. λ.

Novus imperator impotenter imperat.

ỳ. 39. Τὸ συγγενὲς, κ. τ. λ.

Cognatio ingens, usus ingens vinculum est.

44. Τὰ μηδὲν, κ. τ. λ.

Sapiens labori parcit in re inutili.

ỳ. 105. Τὸ τῆς ἀνάγκης, κ. τ. λ.

Inexpeditam vim necessitas habet.

ỳ. 224. Ἔνεστι γάρ, κ. τ. λ.

Hæc est tyrannis omnibus morbus domi,
Nemo est amicus habere cui fidem velint.

ỳ. 262. Ἐλαφρὸν ὅστις, κ. τ. λ.

Qui sæva tela sortis extra habet pedem,
Ad instruendum facilis est tactos malis.

ỳ. 275. Ταῦτά τοι, κ. τ. λ.

Hic inde dubiis gravibus infortunium
Vagans propinquat huic modo, modo alteri.

ỳ. 322. Οὔκουν ἔμοιγε, κ. τ. λ.

Consilia duris nostra si in rebus placent,
Non membra contra flagra protendes ferox,
Cum sub tyranno vita ducenda improbo est.

℣. 329. Γλώσσῃ ματαίᾳ, κ. τ. λ.

Linguæ reatum duplicat protervitas.

℣. 378. Ὀργῆς νοσούσης, κ. τ. λ.

Medetur iræ concitatæ oratio
In tempore animum si quis apto emolliat.

℣. 472. Κακὸς δ' ἰατρὸς, κ. τ. λ.

Malus ille medicus incidens morbum cui
Animus periclo linquitur, opis inscio,
Bene expediri qua queat curatio.

℣. 513. Τέχνη δ' ἀνάγκης, κ. τ. λ.

Necessitatis paret ars potentiæ.

℣. 611. Οὐκ ἐμπλέκων, κ. τ. λ.

Ænigmata abice, simplici est sermone opus,
Ut decet amicis sensuum effari intima.

℣. 638. Ὡς κἀποκλαῦσαι, κ. τ. λ.

Deflere sortem condolentibus suam
Ut juncta tollat lachrymas querimonia
Justam morandi occasionem subjicit.

℣. 686. Νόσημα γὰρ, κ. τ. λ.

Composita pestis est atrox oratio.

℣. 935. Οἱ προσκυνοῦντες, κ. τ. λ.

Sapit profecto quisque Justitiam colet.

℣. 1011. Αὐθαδία γὰρ, κ. τ. λ.

Non ponderante quod objicit negotium
Nil pervicacis conferat animi impetus.

℣. 1038. Σόφῳ γὰρ αἶσχιον, κ. τ. λ.

Delicta turpiora quæ sapiens patrat.

℣. 1067. Τοὺς προδότας, κ. τ. λ.

Odi profecto proditores pessime,
Nec aliud æque crimen averser male.]

EXCERPTA EX ÆSCHYLO

H. GROTIO, *Interprete.*

Prometheo Vincto.

℣. 8. ——Τοιᾶσδέ τοι, κ. τ. λ.

——Diis cœlestibus
Nunc ille pœnas criminis debet sui,
Magnum ut vereri discat imperium Jovis
Posthac, minusque humana misereri mala.

℣. 29. Θεὸς θεῶν, κ. τ. λ.

Deus deorum, quippe nil iram timens
Hominum beasti sæcla fas plusquam fuit.

℣. 34. ——Διὸς γὰρ, κ. τ. λ.

——Jovis namque animus implacabilis:
Rex durus omnis sceptra qui tractat nova.

℣. 43. ——σὺ δὲ, κ. τ. λ.

——tu vero irritam
Nil profuturis abstine operam impendere.

℣. 49. Ἅπαντ' ἐπράχθη, κ. τ. λ.

Cuncta assequaris præter imperium in Deos:
Nam præter unum liber est nemo Jovem.

℣. 62. Μάθῃ σοφιστὴς, κ. τ. λ.

Vafer, valere se minus norit Jove.

℣. 67. Σὺ δ' αὖ, κ. τ. λ.

Cunctaris ergo, hostesque miseraris Jovis?
Magis ipse ne te aliquando misereris vide.

℣. 82. Ἐνταῦθα νῦν, κ. τ. λ.

Nunc insolenter loquere: nunc mortalibus
Vulga Deorum dona. Quid vero tibi
Horum malorum demet humanum genus?

ỳ. 103. ——τὴν πεπρωμένην, κ. τ. λ.

——quæ fato datur
Toleranda sors est, quippe cum robur scias
Necessitatis esse inexpugnabile.

ỳ. 127. Πᾶν μοι, κ. τ. λ.

Horresco quod advenit omne.

ỳ. 149. Νέοι γὰρ, κ. τ. λ.

Nova nunc cœlum regna gubernant:
Ruptoque ferox Jupiter æquo
Leges audet dictare novas,
Nuper pretiosa revellens.

ỳ. 162. ——ὁ δ' ἐπικότως αἰεὶ, κ. τ. λ.

——ille irarum
Fluctus rigido pectore servans,
Frangere pergit cœleste genus:
Neque cessabit dura priusquam
Satiet tristi corda exitio,
Ni quis regnum bene munitum
Aliquo expugnaverit astu.

ỳ. 178. Σὺ μὲν θρασύς τε, κ. τ. λ.

Non tibi clades aspera frangit
Cor indomitum, quamvisque miser,
Libera gaudes verba profari.

ỳ. 209. ——Θέμις, κ. τ. λ.

——Themis
Tellusque multis una res sub vocibus.

ỳ. 224. Ἔνεστι γάρ πως, κ. τ. λ.

Fortuna raro Regia hoc vitio vacat:
Habere nescit quamlibet fidis fidem.

ỳ. 239. Θνητοὺς δ', κ. τ. λ.

Miseratus homines, quem mea afficerent mala
Reperire nequii——

ỳ. 248. Θνητούς τ' ἔπαυσα, κ. τ. λ.

PR. A morte ego hominum solus abstinui genus.
CH. Ecquod remedium tam gravi monstrans malo?
PR. Cæcas locavi spes sub imo pectore.
CH. Mortale magno munere auxisti genus.
PR. Ad hoc ego illis flammeum florem dedi.
CH. Rutili ignis auras ergo mortales habent.
PR. Et hujus artis reperient multas ope.

ỳ. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις, κ. τ. λ.

Perfacile, si quis ipse ab ærumnis vacet,

Alios monendo fortia ægrotis dare
Consilia: me non ista latuere omnia:
Neque esse factum sponte, quod feci, nego.
Prodesse hominibus dum volo, nocui mihi.
Sed enim daturum tanta me non sum ratus
Supplicia, celsis alligatum rupibus,
Horrore mœsto vasta ubi squallent loca.

ỷ. 307. Ὁρῶ, Προμηθεῦ. κ. τ. λ.

Cerno, Prometheu, sisque tu quamvis vafer,
Tibi ecce amica fida consilia affero:
Tete ipse nosce; transde te in mores novos,
Quando et Deorum summa sub Rege est novo.
Quod si superba verba et irritantia
Jactare pergis, forte de supera audiet
Te rector arce, ac faciet ut præsens mali
Fortuna ludus esse videatur tibi.
Pone igitur illas queis tumes iras, miser,
Et calamitati quære sedamen tuæ.
Tu forte nunc me stulta fari existimas:
Sedenim, Prometheu, lingua prætumide ferox,
Indomita, talem ferre mercedem solet.
At tu miseriis nil adhuc cedis tuis,
Nil humile præfers, alia ceu quæras mala,
Sed neutiquam, monitore si me uti velis,
Stimulum lacesses calce, cum dominum asperum
Noris polo imperare, nulli obnoxium.
At nunc ego ibo nilque inexpertum sinam,
Siqua labore detur hoc te exsolvere.
At tu quiesce et libera voce abstine.
Adeone sapiens illud ignoras precor,
Solere linguam damna vaniloquam sequi?

ỷ. 335. Πολλῷ γ' ἀμείνων, κ. τ. λ.

Consultor aliis melior es quam tu tibi:
Nec mentis hoc suspicio, sed res me docet.

ỷ. 345. Ἐγὼ γὰρ οὐκ, κ. τ. λ.

Ego dura quanquam tolero, non ideo tamen
Alios eadem clade contingi velim.

ỷ. 377. Οὔκουν, Προμηθεῦ, κ. τ. λ.

OC. Atqui, Prometheu, scire quod te existimo,
Oratio medicatur iracundiæ.
PR. Si tempore apto saucium cor mulceas,
Non si tumentem premere vis animum paret.
OC. Animo benevolo si quid audemus, doce
Hinc quæ calamitas, quod malum metui potest.
PR. Incauta levitas atque perjurus labor.

OC. Relinque morbo me meo: namque optimum est
Minime videri sapere cum sapias tamen.

ỷ. 441. ——τὰν βροτοῖς δ', κ. τ. λ.

——Nunc sed hominum incommoda
Audite, quos ego mentis exsortes prius
Expergefeci cordis ad prudentiam.
Neque ista narrans genere de humano queror,
Sed mea benigne facta commemoro libens.
Illi videntes multa cernebant nihil,
Surda audiebant aure: sic par somniis
Abibat ævum, cuncta cum promiscua
Passim jacerent: namque torpentes diu
Non latere norant struere, non lignis domos;
Sed quo rapaces more formicæ solent,
Mersi colebant Solis ignaras specus:
Neque ulla certa signa præbebat sui
Hyems, vel æstas fœta, vel ver floridum.
Sine mente agebant cuncta, temere, improvide:
Ego donec illis siderum ostendi vias,
Qua surgit ortus, quaque se occasus refert.
Tum multinumera prodidi solertia
Illis reperta, literarum et copulas,
Et, unde Musis genus, opificem Memoriam.
Armenta duro primus advinxi jugo,
Ut domita leges discerent hominum pati,
Magnosque ad usus in ministerio forent
Ego trahere currus fræna tolerantes equos
Docui, superbis grande divitiis decus:
Nec alius a me rapida velivolantia
Fluctivola reperit navitarum vehicula.
Has ego tot artes qui miser mortalibus
Reperi, ipse nullam reperio solertiam
Quæ me expedire possit his cruciatibus.
CH. Indigna pateris, mente palanti vagans,
Malusque medicus, ipse cum in morbo cubas,
Amittis animum, nec remedium ullum in manu est,
Quod sanitatem pristinam reddat tibi.
PR. Multo magis mirere si reliqua audias,
Inventa et acres callidæ mentis dolos.
Si quis jaceret æger, id quod maximum est
Quod aut inungi posset aut comedi aut bibi
Medicamen aberat, sæva carpebat lues
Remedii egenos, antequam succos ego
Miscere docui graminum salubrium,
Queis victa morbi pellitur violentia.
Idem futuri præscios monitus dedi,
Et quæ solerent somnia eventus ratos

Habere docui, et sortis implicitæ modos.
Idem explicavi signa venturi obvia.
Idem meatus præpetum discrimine
Certo notavi, quæ quid addicant aves
Et quæ prohibeant, quis modus sit singulis
Ratioque vitæ, quæ ferox hostilitas,
Quæ fœdera ipsis, quæque sint commercia:
Tum lævia exta et molle trepidantes fibræ
Quo se colore maxime superis probent,
Quam multa bilis forma, quam varium jecur,
Quis membra nidor umbret: atque igni sacro
Populante lumbos, artis obscuræ vias
Monstravi hominibus, atque flammarum notas
Diu latentes primus in lucem erui.
Atque ista nempe sic habent. Jam commoda
Quæ terra celat; aurea, atque argentea,
Ærisque venas, pondus et ferri grave,
Quis est reperta qui ante me jactet sibi?
Nemo, nisi quem vana nugari juvet.
Et omnia ut sermone complectar brevi,
Quantum est hominibus artis a Prometheo est.

℣. 513. Τέχνη δ' ἀνάγκης, κ. τ. λ.

PR. Necessitati cedit ars infirmior.
CH. Necessitatis quis gubernaculum tenet?
PR. Parcæ triformes, visque Furiarum memor.
CH. Hisne ergo summus Jupiter pollet minus?
Nec ille fugere, quod manet fato, potest.

℣. 544. Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων, κ. τ. λ.

Jussa nil magni Jovis expavescens,
Ah! nimis curas homines, Prometheu,
Et tibi indulges. Nimis illa certe
Gratia ingrata est. Quid opis bonive
Ferre mortalis tibi turba possunt?
Non vides quam sit leve, parque somno,
Et quot ærumnis genus impeditum,
Quamque venturi nihil ante cernat?
Quicquid a summo Jove constitutum est
Vincere humani nequeunt labores.

℣. 610. Λέξω τορῶς σοι, κ. τ. λ.

Dicam diserte quicquid audire expetis,
Sermone nudo, non per implicitos modos:
Quo more amicos alloqui verum ac bonum est.

℣. 630. Μή μου προκήδου, κ. τ. λ.

Curare plus me parce quam dulce est mihi.

℣. 639. Ἐνταῦθ', ὅπου, κ. τ. λ.

Justa est loquendi causa, quoties calamitas
Narrata flexum faciet auditoribus.

℣. 685. ——μηδέ μ' οἰκτίσας, κ. τ. λ.

——nec solatia
Mihi quære miserans vana: nam, me judice,
Lues hominibus dira, ficta oratio est.

℣. 697. Λέγ', ἐκδίδασκε, κ. τ. λ.

Age, libere profare: nam miseros juvat
In antecessum nosse quæ restant mala.

℣. 749. ——κρεῖσσον γὰρ, κ. τ. λ.

——nam semel satius mori,
Quam trahere miseros vita quos numerat dies.

℣. 866. ——δυοῖν δὲ θάτερον, κ. τ. λ.

——duorum cum optio detur, volet
Iners vocari quam cruenta ac barbara.

℣. 886. Ἦ σοφὸς, ἦ, κ. τ. λ.

Sapiens, sapiens quisquis primus
Animo gessit, prodidit ore,
Optima semper fœdera lecti
Quæ non dispar fortuna jugat:
Male pauperibus quæri thalamos,
Quos aut dives gaza superbos,
Aut celsa facit gloria gentis.

℣. 925. Πταίσας δὲ, κ. τ. λ.

His implicatus ille tunc discet malis
Quid distet imperare et imperium pati.

℣. 934. Ὁ δ' οὖν ποιείτω, κ. τ. λ.

PR. Quodcunque libitum faciat: expecto omnia.
CH. Sapit ille vim quicunque majorem colit.

℣. 954. Νέον νέοι κρατεῖτε, κ. τ. λ.

Nova obtinetis regna, sine mœroribus
Quæ fore putatis semper: an non his duos
Ego ipse conspexi evolutos arcibus?
Brevi videbo et tertium, et fœde quidem
Ac derepente——

℣. 969. Οὕτως ὑβρίζειν, κ. τ. λ.

Contra superbos jus habet superbia.

℣. 978. Εἴης φορητὸς, κ. τ. λ.

Te nemo posset ferre si felix fores.

℣. 980. Ἀλλ' ἐκδιδάσκει, κ. τ. λ.

At enim senescens res docet cunctas dies.

℣. 1011. Αὐθαδία, κ. τ. λ.

Præfractus animus, quando abest prudentia,
Fert semetipso melius aut majus nihil.

℣. 1031. Ψευδηγορεῖν γὰρ, κ. τ. λ.

Vox quippe nescit sancta mentiri Jovis:
Quod fatur ore rebus effectum datur.
Hæc cogita curaque: nec tibi pervicax
Lubido sit, prudente consilio prior.

℣. 1038. Πείθου, κ. τ. λ.

Obsequere: nam peccare sapientem haud decet.

℣. 1040. ——πάσχειν δὲ κακῶς, κ. τ. λ.

——male ab hoste pati
Hostem, minime dissidet æquo.

℣. 1062. Ἀλλὸ τι φώνει, κ. τ. λ.

Aliud quidvis loquere ac suade
Quod et obtineas: namque ea quæ nunc
Loqueris minime toleranda puto.
Tu me ergo jubes inhonesta sequi?
Hic quæ patitur simul opto pati:
Desertorum nam genus odi;
Nullumque animi
Vitium magis exsecror isto.

Septem contra Thebas.

℣. 42. Ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, κ. τ. λ.

Septem feroces copiarum principes
Nigrante scuti in orbe mactantes bovem,
Fusoque tauri sanguine imbuti manus,
Martemque Bellonamque et immitem Metum
Jurant, vel urbe diruta radicitus
Cadmea sese perdituros mœnia,
Sua vel ipsos cæde picturos humum.
Currumque Adrasti collocant propter sui
Parentibus monumenta, tingentes genas
Lacrymis, sed ore tristi ut exiret nihil.
Nam ferreum cor, Marte ceu viso calens
Spirabat implacabile, ut torvus leo.
Et jam minarum non abest longe fides.
Modo eos reliqui sortibus cum quærerent
Quam quisque portam peteret infesto agmine.

℣. 77. Πόλις γὰρ, κ. τ. λ.

Nam civitas beata veneratur Deos.

℣. 192. Αὔειν, λακάζειν, κ. τ. λ.

Flere, ejulare, odiosa quæ prudentibus.
Ego nec secundis casibus nec tristibus
Generi sodalis esse fœmineo velim:
Namque insolentes prosperis rebus, simul
Timuere, portant domibus atque urbi malum.

℣. 206. Μέλει γὰρ, κ. τ. λ.

Curæ virorum res foris: queis se abstinens
Mulier quiescat tacita, nec damnum adferat.

℣. 214. Τί οὖν ὁ ναύτης, κ. τ. λ.

Quid ergo? quoties fluctibus sævis mare
Horrescit, hinc speranda num nautæ salus,
Proram relicta puppe si fugiens petat?

℣. 223. ——ἀλλ' οὖν θεοὺς, κ. τ. λ.

——atqui Deos
Rumor celebrat urbe capta excedere.

℣. 229. Μή μοι θεοὺς, κ. τ. λ.

ET. Ac ne male urbi consulas clamans Deos:
Felicitatis mater obsequentia est,
Uxorque, ut aiunt, Sospitatoris Jovis.
CHO. Major sed Superum, crede, potentia,
Quæ jam sæpe malis spem superantibus
Amovit capiti tristia nubila,
Et nigras pepulit sollicitudines.
ET. Munus virorum est petere responsa, et Deis
Mactare pecudes bellico in discrimine.
Tuum tacere est et manere intra larem.

℣. 248. Μὴ νῦν, ἐὰν, κ. τ. λ.

Si vulneratos fama, si raptos nece
Mox nunciabit, temperate a fletibus,
Lamenta cessent: has amat Mavors vices.

℣. 262. Ὦ Ζεῦ, κ. τ. λ.

ET. Muliebre, proh Dii, quale fecistis genus?
CHO. Nempe urbe capta non minus miserum viris.

℣. 265. Ἀψυχίᾳ γὰρ, κ. τ. λ.

Ita quippe vecors impedit linguam pavor.

℣. 269. Σιγῶ, κ. τ. λ.

Taceo, ferent quod fata, cum multis feram.

ỳ. 285. Τοιαῦτ' ἐπεύχου, κ. τ. λ.

Hæc tu Deos venerare, non mœsta prece,
Vano tumultu procul et excordi metu:
Nam fata fugere non eo dabitur magis.

ỳ. 403. Κόσμον μὲν ἀνδρὸς, κ. τ. λ.

Nunquam extimescam ullius ornatum viri:
Nam vulnerare nesciunt insignia:
Et hasta si absit crista nil cuiquam nocet.

ỳ. 413. Ἐγὼ δὲ Τυδεῖ, κ. τ. λ.

Portæ hujus ergo vindicem statuam Astaco
Genitore natum, Tydeo adversarium,
Generosa cui mens, quæque præscribit pudor
Venerans superbas perpeti voces negat.

ỳ. 444. Τῶν τοι ματαίων, κ. τ. λ.

Consilia vana corde qui volvunt suo,
Hos prodere index certa solet oratio.

ỳ. 560. Ἀνὴρ ἄκομπος, κ. τ. λ.

Cui lingua reticens, agere sed novit manus.

ỳ. 586. Ἦ τοῖον ἔργον, κ. τ. λ.

Egregius ille scilicet, gratus Deis,
Dignusque fama posteris tradi labor,
Urbis paternæ solia et indigenas Deos
Vastare sævo marte peregrini agminis.
Quæ pœna lacrymas matris extinguet tuæ?
Excisa ferro patria conatu tuo
Ut tibi sit æqua et fida qui fieri potest?

ỳ. 598. Οὐ γὰρ δοκεῖν, κ. τ. λ.

Namque elaborat esse, non credi optimus;
Sulcos profundos corde demersos gerens,
Unde illa sese pulchra consilia exserunt.

ỳ. 603. Φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος, κ. τ. λ.

Quam tristis heu fortuna, servantem pii
Atque innocentem, pessimis jungit viris!
Adeo malorum scilicet commercio
Nil pejus usquam est: oritur infelix seges;
Nam sceleris arvum nil nisi mortem parit.
Aut justus aliquis nave conscensa simul
Cum navitarum perfido audaci grege
Obruitur undis, hostibus Divum additus.
Aut innocens sanctusque populares habens
Injurios hospitibus, immemores Deum,
Implicitus isdem cassibus venaticis
Una flagellum patitur ultoris Dei.

ỷ. 631. Θεῶ δὲ δῶρον, κ. τ. λ.

Felicitas hominibus est munus Deum.

ỷ. 683. Μὴ φίλτατ' ἀνδρῶν, κ. τ. λ.

CHO. Rex chare nobis, inclytum Oedipodæ genus,
Ne clamitanti dira te facias parem.
Armis quod arma objiciat Argivis sat est
Cadmi nepotum, sanguine expiabili.
Fratrum sed alter scelere si fratris cadat,
Crimen vetustas nulla tam sævum obruet.
ET. Si quis miserias toleret absque infamia,
Toleranda res est, mortuo lucrum est honos:
At misera simul et fœda nil decoris ferunt.

ỷ. 709. Χάρις δ' ἀφ' ἡμῶν, κ. τ. λ.

Miranda crescet fama post mortem mihi.

ỷ. 722. Νίκην γε μέντοι, κ. τ. λ.

Victoriam ultor sequitur injustam Deus.

ỷ. 775. Πρόπρυμνον, κ. τ. λ.

Facile in planum felix sese
Fortuna tulit, cum jam nimia
Mole laborans ipsa incepit
Gravis esse sibi.

ỷ. 1039. Δεινὸν τὸ κοινὸν, κ. τ. λ.

Vis magna, vinclum generis atque exordium
Commune, mater misera et infelix pater:
Libens quod odit anima participat malum
Germanitatis mortuo servans fidem.

ỷ. 1052. Τραχύς γε μέντοι, κ. τ. λ.

Res dura populus salvus ex discrimine.

ỷ. 1054. 'Αλλ' ὃν πόλις, κ. τ. λ.

PR. Tumulone honoras civitas quem odit sua?
AN. Inhonorus at non ille cœlitibus Deis.
PR. Sane priusquam patriæ incussit metum.
AN. Malum rependit ipse tractatus male.
PR. Petebat omnes iste, non unum, furor.

Persis.

ỷ. 93. Δολόμητιν δ' ἀπάταν, κ. τ. λ.

At quis multiplices Deum
Mortalis fugiat dolos?
Quo saltu celeri pedis
Sit vitare periculum?

Nam solertia cœlitum
Blandum principio tuens
Mox in retia pertrahit
Infelix hominum genus,
E queis non datur exitus.

℣. 165. Ταῦτά μοι διπλῆ, κ. τ. λ.

Hæc duplex me corde versat cura inexplicabilis:
Quippe opes viris carentes gloria cassæ jacent:
Nec viris pressis inopia prospera illucet dies.
Clara res, hæc gaza: sed me trepidus infestat timor,
Nam domus oculos herilem judico præsentiam.

℣. 211. ——εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, κ. τ. λ.

——natus, ut scitis, meus
Clarus micabit, prospere si res cadet.
Sin aliter, haud est civitati obnoxius:
Itaque hæc tenebit regna, sit salvus modo.

℣. 241. Τίς δὲ ποιμάνωρ, κ. τ. λ.

AT. At quis imperiis coercet Regiis exercitum?
CH. Liber ignarusque domini, juris is populus sui est.

℣. 253. Ὦ μοι κακὸν μὲν, κ. τ. λ.

Mala nunciare non leve est, eheu, malum:
Necesse tamen est sæva fati evolvere.

℣. 293. Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς, κ. τ. λ.

Verum necesse est dura mortales pati
Volentibus Dis——

℣. 348. Ἔστ' ἄρ' Ἀθηνῶν, κ. τ. λ.

Urbs ergo Athenæ sunt inexpugnabilis:
Namque optimum munimen est virtus virum.

℣. 600. Φίλοι, κακῶν μὲν, κ. τ. λ.

Quicunque sortem didicit expertus malam,
Scit ille, amici, quam nihil tutum putans
Mens trepida paveat, sæva cum clades premit.
At rursus eadem prospere si res fluant,
Semper faventes læta sibi fingit Deos.

℣. 708. Λέξον· ἀνθρώπεια, κ. τ. λ.

Ede: namque humana hominibus incubant passim mala:
Sæpe fert pericla tellus, sæpe fluctisonum mare
His quibus mortalis ævi durat in longum tenor.

℣. 744. Ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ, κ. τ. λ.

Quo quis ultro properat, illuc adjuvat cursum Deu-

ỳ. 820. Θῖνες δὲ νεκρῶν, κ. τ. λ.

Aggesta cumulis ossa sine vocis sono
Documentum ad oculos tertiæ sobolis ferent.
Caveant sibi placere mortales nimis;
Superbiæ de flore nam prodit seges
Damnosa planctus quæ dat et lachrymas meti.
Videte corda tumida quod pretium ferant:
Nec Graia vobis terra nec Athenæ excidant,
Præsente ne quis sorte contemta novas
Opes cupiscens pristinum amittat decus.
Namque insolentis spiritus molimina
Castigat ipse Jupiter censor gravis.

ỳ. 842. Ὑμεῖς δὲ πρέσβεις, κ. τ. λ.

At vos in ipsis rebus adversis senes,
Ne pigeat animis gaudium vestris dare.
Prodesse nescit mortuis opulentia.

Agamemnone.

ỳ. 168. Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστὶν, κ. τ. λ.

Auctor rebus Jupiter istis:
Hoc si gaudet nomine dici,
Aut quacunque est voce vocandus:
Namque sagaci cuncta revolvens
Animo nihil hic possum causæ
Præter summum reperire Jovem:
Si curarum pondera fas est
Tutumque bona proferre fide.
Nunc nam contra, modo qui valido
Robore fisus quælibet in se
Arma ciebat, subito fractus
Nullas audet tollere voces:
Tum qui lapsu crevit ab illo,
Alio rursum superante cadet.
At qui spoliis lætus opimis
Laudes reddit gratesque Jovi,
Vere sapiet munere cœli:
Namque ut sapiat mortale genus,
Munit Superum rex ipse viam,
Pariterque nocet pariterque docet.
Hæret memori sub mente malum
Tunc quoque mulcet cum membra sopor.
Sæpe et clemens monet invitos
Cura Deorum qui vi solida
Resident cœli sedibus almis.

ý. 469. Τῶν πολυκτόνων, κ. τ. λ.

Non fallunt oculos Deum
Multo sanguine qui madent:
Nam quos sors nimium favens
Spreto jure trucem docet
Exercere potentiam,
Hos nigrum Furiæ genus
Eversos vice temporum
Obscuro involuunt loco.
Vis ignobilis otii
Nulla est. Fama celebrior
Telis invidiæ patet.
Ipse in conspicuos sua
Torquet fulmina Jupiter.
Laudo quod satis et citra
Livorem positas opes.
Non urbes ego machinis
Sternam: non miseros traham
Captos sub domino dies.

ý. 557. Πάλαι τὸ σιγᾷν, κ. τ. λ.

Silere pridem remedium damnis puto.

ý. 562. Τίς δὲ πλὴν, κ. τ. λ.

——nam quis est extra Deos
Qui degat ævum liberum mœroribus?

ý. 601. Ἡ χάρτα, κ. τ. λ.

Muliebris animus facile lætari solet.

ý. 615. Γυναῖκα πιστὴν, κ. τ. λ.

Qualem relinquit conjugem, talem redux
Fidam sibi reperiet, exemplo canis
Ipsi benignam semper, infensam hostibus.

ý. 767. Τὸ γὰρ δυσσεβὲς, κ. τ. λ.

Partus impietas, sed similes sibi,
Profert. Jus metuens atque pium domus
Faustis auspiciis continuat genus.
At vis prisca novam parturit: ex malis
Nunc aut posterius sic mala pullulant.

ý. 797. Πολλοὶ δὲ βροτῶν, κ. τ. λ.

Sed contempto jure, videri
Pars magna, nec esse laborat.
Gemitu quivis aliena solet
Adversa sequi, nec tamen ullum
Sentiscere corde dolorem.
Multi rursum res ubi lætæ

Gaudia poscunt, risu solvunt
Ora coacto.

℣. 841. Παύροις γὰρ ἀνδρῶν, κ. τ. λ.

Paucis ab omni pectus invidia vacat,
Quoties secundas res amicorum vident:
Plerisque virus malevolæ ægritudinis
Duplicem dolorem corde commoto ciet:
Namque et suis oneratus urgetur malis,
Nec absque gemitu spectat alienas opes.
Bene nota loquor expertus, impense mihi
Studere visos nil amicitiæ nisi
Vanæ fuisse specula et umbræ imagines.

℣. 866. ——ἐν χρόνῳ, κ. τ. λ.

——tempore extingui solent
Hominum pavores.——

℣. 869. Τὸ μὲν γυναῖκα, κ, τ. λ.

Primum penates cum sui segrex viri
Matrona sola servat, immane id malum est.

℣. 893. ——ὥστε σύγγονον, κ. τ. λ.

——res mortalibus
Agnata lapsos calcibus lacessere.

℣. 911. Τερπνὸν δὲ, κ. τ. λ.

Necessitatem effugere præcipue juvat.

℣. 931. Θεούς τοι τοῖσδε, κ. τ. λ.

——habendus hic honos potius Deis:
Tam pulchra tamque varia calcari pede
Hominis, periclo non vacat, me judice.

℣. 936. ——καὶ τὸ μὴ, κ. τ. λ.

——donum optimum
Dei, modeste sapere: felicem voco
Qui in re secunda clausit extremum diem.

℣. 947. Φήμη γε μέντοι, κ. τ. λ.

Multum profecto fama popularis valet.

℣. 960. ——τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς, κ. τ. λ.

——illum imperia qui placida manu
Exercet æquo lumine aspectat Deus.
Servile nemo nam volens patitur jugum.

℣. 1051. Εἰ δ' ἂν ἀνάγκη, κ. τ. λ.

At tale si quid imperat necessitas,
Pridem potentes levius incumbunt heri.

Qui spem supra surrexit ex humili loco,
Graviore famulos durus imperio premit.

ỷ. 1313. Ἀλλ' εὐκλεῶς, κ. τ. λ.

Mortem decoram oppetere magnum homini bonum.

ỷ. 1336. Ἰὼ βρότεια πράγματ', κ. τ. λ.

Heu tristia hominum fata! nam res prosperas
Vel umbra facile evertat; infelicium
Imaginem omnem spongiæ delet mador.

ỷ. 1340. Τὸ μὲν εὖ πράττειν, κ. τ. λ.

Res est insatiabilis
Vitæ prosperitas: neque est
Qui monstrans digito vetet
Intra ferre fores pedem.

ỷ. 1374. Πεπαιτέρα γὰρ, κ. τ. λ.

Perire satius quam trucem dominum pati.

ỷ. 1496. Τί γὰρ βροτοῖς, κ. τ. λ.

Quid mortalibus accidit
Magni absque imperio Jovis?
Horum quæ modo vidimus
Quid non a Superis venit?

ỷ. 1630. Δεσμὸς τι καὶ, κ. τ. λ.

Tristis senectus, carcer, et squallens fames
Medici atque vates optimi mortalium
Docere mentes. Tu videns hæc non vides?
Ne calce stimulum incesse: nam vanus labos.

ỷ. 1645. Τὸ γὰρ δολῶσαι, κ. τ. λ.

Quidni? mulierem maxime decuit dolus.

ỷ. 1677. Οἶδ' ἐγὼ, κ. τ. λ.

Exsules pasci solere spe vaga non nescio.

Inferiis.

ỷ. 57. ——τὸ δ' εὐτυχεῖν, κ. τ. λ.

Fortunæ facilis muneribus frui;
Multis hoc Deus est, vel potius Deo.
Momento celeri sed venit ultio,
Et quosdam medio præcipitat die:
Sunt queis ambigui tempore vesperis
Permansura diu vulnera destinat:
Sunt quos nox tenebris tristibus obruit.

℣. 101. Τὸ μόρσιμον, κ. τ. λ.

Habet necesse ferre quod fato manet,
Seu liber aliquis seu sub aliena manu est.

℣. 311. ——δράσαντι παθεῖν, κ. τ. λ.

Æquum ferri cuique quod egit
Sententia prisca profatur.

℣. 503. Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ, κ. τ. λ.

Nomen superstes mortuis sunt liberi,
Velutque suber, rete quo defenditur,
Submersa plane fila ne in fundum ruant.

℣. 700. ——τί γὰρ ξένου, κ. τ. λ.

——nam quid amicius
Quam junctus hospes hospiti certa fide?

℣. 751. ——τὸ μὴ φρονοῦν, κ. τ. λ.

——ætas prima, ceu brutum pecus,
Ut educetur mentis alienæ indiget:
Neque enim profatur positus in cunis puer,
Sive est sitis, famesve, sive aliud malum
Quo premitur. Alvus tenera naturæ modo
Contenta vates tacita.——

℣. 778. Μέλει θεοῖσιν. κ. τ. λ.

Dii quod volunt curare, curabunt satis.

℣. 849. ——οὐδὲν ἀγγέλων σθένος, κ. τ. λ.

——neque enim nuncii tantum valent
Quantum ipse si rem penitus ex gnaris scias.

℣. 902. Ἅπαντας ἐχθροὺς, κ. τ. λ.

Omnes tibi hostes judica præter Deos.

℣. 910. Ἡ μοῖρα, κ. τ. λ.

CL. O nate, fati crimen hoc totum fuit.
OR. Et hæc tibi mors igitur a fato venit.

℣. 958. Κρατεῖταί πως, κ. τ. λ.

Quædam vis inhibet Deum
Ne pravis et atrocibus
Factis auxilium ferat.
Digna est suppliciter coli
Majestas domina ætheris.

Diris.

℣. 104. Εὕδουσα γὰρ φρὴν, κ. τ. λ.

Mens intus est oculata cum somno incubat.
At de die sua fata mortales latent.

℣. 215. Κύπρις δ' ἄτιμος, κ. τ. λ.

Hoc si probatur ipsa sine honore est Venus,
Quæ maximas amoris illecebras habet.
Plus namque thalami rite et uxori et viro
Servata vincla jurejurando valent.

℣. 297. ——κλύει δὲ, κ. τ. λ.

——procul exaudit: est etenim Deus.

℣. 486. Φόνων δικαστὰς, κ. τ. λ.

Sententiam de cæde jurati ut ferant
Statuetur a me lex itura ad posteros:
Testes et argumenta vos conquirite
Quæ facere possunt rebus ambiguis fidem.

℣. 586. Ὁ γὰρ διώκων, κ. τ. λ.

Si dicere accusator incipiat prior,
Intelligetur tota res ex ordine.

℣. 624. Ὅρκος γὰρ, κ. τ. λ.

Neque enim fides jurata plus pollet Jove.

℣. 661. Οὐκ ἔϛι μήτηρ, κ. τ. λ.

Non mater illi quem suum gnatum vocat
Genitrix, sed altrix imbris est genitabilis.
Gignit rigator: illa velut hospes, Dei
Si cura faveat, hospitis servat genus.
Dicti hujus argumenta non levia afferam.
Sine matre, prolis aliquis est ut sit pater:
Coram ecce testis nata supremi Jovis,
Non educata ventris obscuro in specu,
Sed tanta, nulli quanta progenies Deo est.

℣. 693. ——ἐν δὲ τῷ σέβας, κ. τ. λ.

——hic horror sacer
Cives tenebit, abstinens injurias
Noctu diuque: dum tamen caveant sibi
Ne prisca scita moribus fœdent novis.
Miscere nam qui sordidum gaudet lutum
Simplicibus undis, invidet potum sibi.
Licentiam inter atque dominatus jugum
Medium tenere moneo populares meos:

Nec quod severum est omne ab urbe expellere.
Nam fas quis hominum servat amoto metu?

℣. 728. Οὔκουν δίκαιον, κ. τ. λ.

An non decet juvare venerantem tui,
Et maxime res si ejus auxilium expetit?

℣. 755. Ἀνὴρ ὅγ', κ. τ. λ.

En iste pœnam cædis effugit reus:
Nam calculorum cernimus numeros pares

℣. 987. ——χάρματα δ' ἀντιδοῖεν, κ. τ. λ.

Pariter cives gaudia norunt
Pariterque odium: namque id vere
Generi humano est insigne bonum.

Supplicibus.

℣. 86. Ἔστι δὲ κἀκ πολέμου, κ. τ. λ.

Etiam bello profugos servat
Aræ columen tutela Deum.

℣. 90. Διὸς ἵμερος, κ. τ. λ.

Quid enim cupiat Jupiter, haud est
Novisse datum, licet in mediis
Illi lucent cuncta tenebris:
At res hominum nigri volvunt
Undique casus. Bene prona cadit
Res quæcunque est fabricata Jovis
Vertice summi: nam per cæcos
Meat anfractus tectasque Jovis
It cura vias cernique negat:
Ille ex celsa despicit arce
Mortale genus, quosque exitio
Damnat, certo vulnerat ictu.

℣. 198. Κρεῖσσον δὲ, κ. τ. λ.

Nam turre melius ara propugnaculum.

℣. 206. Τὸ μὴ μάταιον, κ. τ. λ.

Vultum serenæ frontis obsideat pudor,
Speciesque tacitis casta luminibus fluat:
Nec multa temere loquere, nec te vocibus
Jacta superbis. Invidum hic habitat genus.
Semper memento cedere: id decet exsulem.
Qui sunt minores magna non debent loqui.

℣. 234. Ὄρνιθος ὄρνις, κ. τ. λ.

Qui pia sit ales alitem quæ devorat?

Qui purus is qui ducere invitas parat
Patre abnuente? tale qui facinus patrat
Hunc usque ad orcum pœna persequitur comes.
Namque alius illic Jupiter, fama ut refert,
Judicia trepidis sera sortitur reis.

ỿ. 332. Ἄναξ Πελασγῶν, κ. τ. λ.

O Rex Pelasgum, varia sunt hominum mala,
Nec bis sub una fronte conspicitur labos.

ỿ. 344. Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς, κ. τ. λ.

REX. Quonam ergo vobis me pium præstem modo?
VIR. Si filiis nos tradere Ægypti neges.
REX. Durum est quod inquis: Mars enim novus imminet.
VIR. Justitia pro se stantium vindex Dea est.
REX. Si socius operis primitus vestri forem.

ỿ. 407. Ἀμφοτέρους ὁμαίμων, κ. τ. λ.

Huc atque illuc oculos vertens
Superum rector, hominum spectat
Virumque genus: sanctaque sanctis
Pravisque iterum prava rependit.

ỿ. 494. ——κατ' ἀρχῆς γὰρ, κ. τ. λ.

——potentes criminari plebs amat.

ỿ. 498. Τοῖς ἥσσοσιν γὰρ, κ. τ. λ.

Plerumque miseros gaudet amplecti favor.

ỿ. 507. ——φύλαξαι μὴ, κ. τ. λ.

——caveto ne in metum audendo incidas.
Occidi amicus sæpe ab ignaro solet.

ỿ. 740. ——χρόνῳ τοι κυρίῳ, κ. τ. λ.

——quisquis homo temnit Deos,
Pœnas daturus præstituto est tempore.

ỿ. 757. Γυνὴ μονωθεῖσ', κ. τ. λ.

Nil sola mulier: nil enim ad Martem valet.

ỿ. 767. Ἀλλ' ἔστι φήμη, κ. τ. λ.

At fama canibus posse plus memorat lupos:
Neque arundini spicifera concedit seges.

ỿ. 776. Ἐς νύκτ', κ. τ. λ.

Cum sol recedens tradidit nocti polum,
Sapiens metuere tum gubernator solet.

ỷ. 831. Τί δ' ἄνευ σέθεν, κ. τ. λ.

Quid mortalibus, O Deus,
Perfectum sine te datur?

ỷ. 979. ——πᾶς τις ἐπηλυτεῖ, κ. τ. λ.

Facile externos populi indigenæ
Maledicta petunt.

ỷ. 1003. Ὑμᾶς δ' ἐπαινῶ, κ. τ. λ.

Moneo, meum ne nomen aspergat probro
Conspicuus oris iste virginei decor:
Difficilis hujus floris est custodia.

ỷ. 1010. Καὶ παρθένων, κ. τ. λ.

Eximia quoties forma venit in publicum,
Quicunque transit illecebrosis faces
Jaculatur oculis victus a cupidine.

ỷ. 1019. Μόνον φύλαξαι, κ. τ. λ.

PA. Mandata patris ista fac serves tui,
Nec castitate vita sit potior tibi.
CH. Dent reliqua nobis fausta clementes Dei.
Nam quod pudoris attinet curam mei,
Nisi numina aliquid supera constituunt novi,
Nunquam priora deseram vestigia.

ỷ. 1055. Ὅ, τι μοι μόρσιμόν ἐστιν, κ. τ. λ.

Aderit fato quodcunque manet,
Neque vitari poterit quicquam
Statuit quod mens immensa Jovis.

ỷ. 1065. Τί δὲ μέλλω, κ. τ. λ.

SEM. Nam qui possem mentem magni
Spectare Jovis? fundo illa caret.
SEM. Malis igitur moderata sequi.
SEM. Quem me ergo mones servare modum?
SEM. Res haud nimium curare Deum.

In Tragœdiis quæ perierunt.

Danaïdibus.

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς, κ. τ. λ.

Penetrare terram purus ille æther cupit,
Cupit vicissim terra conjugio frui:
Ab amante cœlo defluens terram simul
Fœcundat imber, illa mortali parit
Cereale generi germen, et pastus gregum:
Maturitatem dat suam arboribus quoque
Mador maritus: causa at his cunctis ego.

Heraclidis.

Οὐ γάρ τι, κ. τ. λ.

Nam majus aliud patiar hoc nunquam malo.

Ixione.

Βίου πονηροῦ, κ. τ. λ.

Vita notata labe mors illustrior.

Caribus.

——ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ, κ. τ. λ.

—— at sibi vindicat
Homicida Mavors robora ipsa exercitus.

Myrmidonibus.

Ὡς δ' ἐςὶ μύθων, κ. τ. λ.

Ut sermo perhibet fabulæ Libysticæ,
Aquilam sagittæ vulneratam cuspide
Dixisse, pennas conspicatum missilis,
Aliena nobis non nocent; nostris aves
En capimur alis.——

Ibid. Ἀντίλοχ', κ. τ. λ.

Antiloche, quid fles mortuum? vivens magis
Lugendus ego sum.——

Niobe.

Μόνος θεῶν γὰρ, κ. τ. λ.

Nescit Deum mors una muneribus capi:
Non sanguis illi, non merum templo fluit,

Non dulce resonat carmen, aut aræ calent.
Hanc quippe solam Suada non novit Deam.

Ibid. Θυμὸς δέ ποτ', κ. τ. λ.

In supera cœli rapta mens crebro mihi,
Delapsa humi procumbit atque ita me admonet:
Suspicere nimium quicquid est hominis cave.

Armorum judicio.

Ἀπλᾶ γὰρ, κ. τ. λ.

Simplicia verba veritas simplex amat.

Ibid. Τὸ γὰρ κακὸν, κ. τ. λ.

Vitam in miseriis agere quos luctus parit?

Pentheo.

Μηδ' αἵματος, κ. τ. λ.

Ne sanguinis profunde vel guttam solo.

Prometheo ignifero.

Σιγᾶν θ', κ. τ. λ.

In tempore ut tacere sic etiam loqui.

Prometheo soluto.

Φοινικόπεδόν τ', κ. τ. λ.

Et Erythræi sacra rubentis
Stagna profundi,
Et ad Oceanum qui cunctiferos
Rigat Æthiopas lacus ære micans,
Immortales hic ubi vultus
Sol omnituens
Fessa et equorum dulce calenti
Perfundit membra liquore.

Ibid. Ἔπειτα δ' ἥξεις, κ. τ. λ.

Post hæc adibis gentium justissimam,
Et hospitali nobilem ante alios fide,
Gabios, quibus non vomer aut durus ligo
Proscindit arva, sponte sed tellus sua
E liberali proserit victum sinu.

Ibid. Ἵππων ὄνων τ', κ. τ. λ.

Partus equinos et boum atque asinum juga
Nostram dedi laboris ut ferrent vicem.

Sphinge.

Corona, sertum detur antiquum hospiti,
Referens Promethei vinculorum imaginem.

Jaculatricibus.

Νέας γυναικὸς, κ. τ. λ.

Non me puellæ lumina ardescentia
Fallant, solent quæ prodere expertam virum.
Animus mihi introspector est libidinum.

Philoctete.

Ὦ θάνατε, κ. τ. λ.

Ne ne tuum, oro, mors repellas supplicem:
Tu sola desperata medicaris mala:
A te receptos nullus attingit dolor.

Ibid. Τίς δ' ἄν γε, κ. τ. λ.

Quæ mulier, aut quæ te sibi vigor virum
Cupiat? maritus esse qui speras miser?

Ibid. Ἔνθ' ὅτι, κ. τ. λ.

Ubi et manere ventus, et vetat avehi.

Ibid. Ὦ θάνατε παιάν.——

O mors opifera.——

Phineo.

Καὶ ψευδόδειπνα, κ. τ. λ.

Protervientum dentium falsæ dapes
Prima perierunt oris inter gaudia.

Phrygibus.

Ἀνὴρ δ', κ. τ. λ.

Vir ille vere suavior moro fuit.

Incerta ex Stobæo.

Phys. cap. 7. Δράσαντι γάρ τοι, κ. τ. λ.

Nam qui patravit aliquid, huic superest pati.

Ibid. Τό τοι κακὸν, κ. τ. λ.

Quid adeo subita damna mortales premunt?

Ibid. Κεῖτ' ἀμπλάκημα, κ. τ. λ.

Fas proterenti crimen impendet grave.

Ibid. Ὁρᾷς Δίκην, κ. τ. λ.

Justitia cerni se vetans, muta, ut vides,
Sedentem, euntem, dormientem haud deserit:
Obliqua sequitur proxime, interdum eminus:
Et improborum facinorum celat nihil.

Ibid. Ὅ, τι δ' ἂν ποιῇς, κ. τ. λ.

Quicquid agis, esse crede qui videant Deos.

Ibid. Ὦ Ζεῦ πάτερ, κ. τ. λ.

O Jupiter supreme, tu cœlo imperas,
Tu cuncta facta cœlitum atque hominum notas
Tumida ac nefanda; sunt ferarum etiam tibi
Curæ facinora jusque.——

Cap. 10. Τύχα μερόπων, κ. τ. λ.

Cunctis principium rebus et exitus,
O Fortuna potens, quæ sapientiæ
Famam das hominum, Diva, laboribus;
Multo plura tibi prospera tristibus
Debentur. Sequitur gratia quo loci
Pennæ remigium te vehit aureæ.
Nil est prosperius, nilque secundius
Quam lances homini quod tribuunt tuæ.
Tu spes sollicitis una laboribus:
Tu noctem subito lumine discutis:
Numen te melius noscere non datur.

Ethic. cap. 7. Κοινὸν τύχη, κ. τ. λ.

Communis est fortuna: mens proprium bonum.

Eclog. serm. 3. Ἃ δεῖ παρὼν, κ. τ. λ.

Adesto rebus, quodque oportet hoc age.

Serm. 4. Ἦ βαρὺ φόρημ', κ. τ. λ.

Felix et excors impedimentum grave est.

Ibid. 5. Κλύειν τὸν ἐσθλὸν, κ. τ. λ.

Virum bonorum est, obsequi rectoribus.

Ibid. 9. Ἀπάτης δικαίας, κ. τ. λ.

Bonos nec ipse Jupiter spernit dolos.

Ibid. 18. Κάτοπτρον εἴδους, κ. τ. λ.

Æs præbet ori specula, sed menti merum.

Serm. 20. Ὀργῆς ματαίας, κ. τ. λ.

Inanis iræ causa sæpe oratio est.

Ibid. 27. Οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, κ. τ. λ.

——Vir sacramento fidem
Debet mereri, non sacramentum viro.

Ibid. 29. Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι, κ. τ. λ.

Habet laborans collaborantem Deum.

Ibid. Καλὸν δὲ καὶ γέροντα, κ. τ. λ.

Præclara discere et senem non dedecet.

Ibid. 34. Πρὸ τῶν τοιούτων, κ. τ. λ.

Os morsicandum potius, hæc quam proferat.

Ibid. 45. Κακοὶ γὰρ, κ. τ. λ.

Sunt onera non ferenda, felices mali.

Ibid. 98. Τὸ γὰρ βρότειον, κ. τ. λ.

Humana soboles in diem tantum sapit:
Nec est solidior umbra quam fumi levis.

Ibid. 108. Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶν, κ. τ. λ.

Sapientium hoc est atque cordatum virum;
Nunquam malis in rebus irasci Deis.

Ibid. 116. Γήρως γὰρ ἥβη, κ. τ. λ.

Senium juventa juris observantius.

Ibid. 122. Ζωῆς πονηρᾶς, κ. τ. λ.

Laboriosa ætate mors felicior.
Non esse melius quippe quam nasci puto,
Si sæva sunt toleranda.——

Ex aliis.

Χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν, κ. τ. λ.

Sejunge ab omni sorde mortali Deum;
Nec carne amictum, nec tui similem puta:
Ignotus ille est: nunc ut implacabilis
Apparet ignis; nunc tenebris, nunc aquæ
Par ille cerni. Simulat interdum feram,
Tonitrua, vestes, fulmen, ignes, nubila.
Inservit illi pontus et saxa horrida,
Liquidique fontes, amnium et cursus vagi.
Illum ipsa tellus horret, et juga montium,

Lateque fusa stagna cærulei maris,
Si forte torvo Dominus ore aspexerit.

Τὸ σκαιὸν ὄμμα, κ. τ. λ.

Tuens sinistro lumine ut thynni solent.

Αἱ δ' ἑπτ' Ἄτλαντος, κ. τ. λ.

Septenæ Atlantis quæ vocantur filiæ,
Decus parentis maximum, summi tenent
Laqueata cœli tecta, nocturnas ubi
Formas columbæ possident non alites.

Ἐν ταῖσι δ' ᾠδαῖς, κ. τ. λ.

Felicitatem sobolis et longam meæ
Vitam canebat, absque morbi injuriis:
Et me undequaque prosequens faventibus
Votis Apollo pectus hilarabat meum.
At ego putabam vera consuetum loqui
Os esse Phœbo prædito augurum artibus.
At qui ista cecinit, qui meas inter dapes
Ipse ista dixit, ipse, proh Superi! meum
Natum peremit.——

Θεὸς μὲν αἰτίαν, κ. τ. λ.

——Homini crimen assignat Deus,
Eruere quoties funditus statuit domum.

Ἀλλ' ἔτι πολλὰ, κ. τ. λ.

Non tela siquis pectus intra acceperit,
Morietur, ævi fata nisi dent terminum:
Nec si larem quis servet assiduus foco,
Effugiet horam Parca quam decreverit.

Ὡς οὐ δικαίως, κ. τ. λ.

Mortale nullo jure mortem odit genus,
Medicina cunctis una quæ restat malis.

Σύ τοι με φυσᾷς, κ. τ. λ.

Inflas, sed idem me videris urere.

Βριθὺς, κ. τ. λ.

Impiger, armipotens, hostibus hostis erat.

Δέδοικα, κ. τ. λ.

Sibi non caventis metuo pyraustæ necem.

Γένος μὲν αἰνεῖν, κ. τ. λ.

Laudare possum (quippe res nota est mihi)
Terram Æthiopida, Nilus ubi septemfluus

Oblimat amnis exundantia,
Cum rutila fulsit flamma siderei canis.
Ægyptus autem montium stillans nives
Liquore puro fruitur: et fœta undique
Vitale germen Cereris ex sese jacet.

Τῶνω δ' ἐπόπτην ἔποπα, κ. τ. λ.

Hunc fecit upupam qui suorum facinorum
Sit ipse testis, variegato corpore
Insessor ales rupium, ornatu ferox,
Qui vere primo candidi imitatur suis
Accipitris alas: nam duas imagines
Monstrabit unus unica matre editus.
Autumni initio quippe cum seges aruit,
Pennis novatis hunc dabit nasci alterum.
Odioque in ista infausta Pallenes loca,
Habitare tesqua faciet et nemorum avia.

——τῷ πονοῦντι, κ. τ. λ.

——laborantes manet
Soboles laboris gloria ex dono Deum.

'Αλλ' ἔστι, κ. τ. λ.

Tutela linguæ clavis est etiam mihi.

Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, κ. τ. λ.

Et terra et æther et poli arx est Jupiter,
Et cuncta solus et aliquid sublimius.

——μὴ παραστατεὶς, κ. τ. λ.

——non adstet mihi
Nec sit propinquus quisquis huic tali viro
Non est amicus, nec quod est rectum colit.

Οὐ χρὴ λέοντος, κ. τ. λ.

In urbe alendus parvus est nunquam leo.

Θάρσει, κ. τ. λ.

Animæquus esto; summus haud durat labor.

Ὅταν γὰρ ἰσχὺς, κ. τ. λ.

Justitia quoties copulata est robori,
Hac esse biga quid queat valentius?



IN VITAM ÆSCHYLI

VARR. LECTT.

l. 1. ΓΕΝΟΣ. Γένει Ask. D.

2. ΕΥΦΟΡΙΩΝΟΣ. Εὐφωρίωνος Ask. D. Εὐφρονίωνος Cant. 2.

3. ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ΕΧΩΝ. Τὸ γένος καταγὼν Ask. D. Cant. 2. Ald Rob.

4. ΑΥΤΟΥ. Ἑαυτοῦ Ask. D. Cant. 2. Ald.

6. ΧΟΡΗΓΙΑΣ. Χωρηγίας Rob.

ibid. ΤΗΝ ΣΚΕΥΗΝ. Τὴν κατασκευὴν Turn.

7. Ο ΠΡΩΤΟΣ. Ὦ πρῶτε Ask. D. Cant. 2. Ald.

8. ΛΗΡΟΝ. Κλῆρον Cant. 2. Ald. Rob.

10. ΣΥΝΕΧΡΟΝΙΣΕ. Συνεχρόνισε Cant. 2.

ibid. ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΝ. Μετὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ask. D. An sic errori chronologico mederi voluit librarius? Κατά τι τὴν τεσσαρακοστὴν Rob. Κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν πρώτην in quibusdam Codd. reperiri testatur Steph.

11. ΦΑΣΙΝ ΑΥΤΟΝ. Αὐτὸν φασὶ Ask. D. Cant. 2. Ald. Rob.

12. ΚΥΝΑΙΓΕΙΡΩ. Hic subdunt Ox. Ald. Rob. τῆς πρὸς τοὺς Δαρείου στρατηγοὺς, Δάτιν καὶ Ἀρταφέρνην. Τούτους γὰρ Δαρεῖος μετὰ πεντήκοντα μυριάδων διὰ θαλάττης πέπομφε.

13. ΝΕΩΤΕΡΩι ΑΔΕΛΦΩι. Νεωτέρῳ τῶν ἀδελφῶν Ask. D. Νεωτέρῳ ἀδελφῶν Turn.

14. ΠΕΖΟΜΑΧΙΑΣ. Ναυμαχίας Ask. D. Fons erroris in aperto est. Hic addit Cant. 2. Ξέρξης γὰρ ὁ Δαρείου δέκα παρελθόντων ἐνιαυτῶν, πεντακοσίας μυριάδας στρατὸν συναγαγὼν, διὰ γῆς καὶ θαλάττης κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐστράτευσεν. Οὗ τὸ μὲν ναυτικὸν κατεναυμάχησαν Ἀθηναῖοι ἐν Σαλαμῖνι, Θεμιστοκλέους σφῶν στρατηγοῦντος, τὸ δὲ πεζὸν ἐν Πλαταιάσι Λακεδαιμόνιοι μετὰ Παυσανίου κατεπολέμησαν· ὃ δὴ κατέλιπε Ξέρξης μετὰ Μαρδονίου στρατηγοῦ αὐτοῦ μετ' ὀλίγον ἐς Περσίδα φυγὼν, ἐπειδὴ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν εἶδε. Et sic Ox. Ald. Rob. nisi quod rectius Πλαταιαῖσι, minus recte ὁ δὲ κατέλιπε.

15. ΚΑΤΑ ΔΕ ΤΗΝ ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΖΗΛΟΙ ΤΟ ΑΔΡΟΝ ΑΕΙ. Post ἀεὶ, πλάσμα addit Ask. D. Κατὰ δὲ τὴν ποίησιν ἀσκεῖτο ἁδρὸν ἀεὶ Cant. 2. et sic Ald. Rob. nisi quod rectius ἀσκεῖ τό.

16. ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ Abest δὲ ab Ald. Rob.

17. ΟΓΚΟΝ ΤΗι ΦΡΑΣΕΙ. Ὀργὴν τῇ φράσει Ask. D. Prius rectum est.

17. ΤΩΝ ΔΡΑΜΑΤΩΝ. Αὐτῷ τῶν δραμάτων Ald. Turn.
19. ΣΠΟΥΔΑΖΕΙ. Ζηλοῖ Ask. D. Turn.
ibid. ΤΟ ΒΑΡΟΣ. Μέγεθος καὶ ὄγκον Cant. 2. Ald. Rob.
20. ΤΟΥΤΙ ΤΟ ΜΕΡΟΣ. Deest Cant. 2. Τοῦτο τὸ μέρος Ald. Rob.
21. ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΣ ΤΕ ΚΑΙ. Τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ Ask. D. Τὸ μεγαλοπρεπές τι καὶ Cant. 2. Ald. Mox ἀλλότριον Ald.
22. ΗΓΟΥΜΕΝΟΣ. Subdit Cant. 2. Διὸ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς δράμασιν αὐτοῦ πλεῖστα ἂν εὑρεθείη· γνῶμαι δὲ ἢ συμπάθειαι ἢ ἄλλο τι τῶν δυναμένων εἰς δάκρυα ἀγαγεῖν οὐ πάνυ. Deinde omissis usque ad l. 32, sequitur Ἀπῆρε δὲ πρὸς Ἱέρωνα κ. τ. λ.
23. ΩΣΤΕ ΔΙΑ. Διὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς δράμασιν αὐτοῦ ὥστε διὰ Ask. D.
26. ΤΟΙΣ ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΟΙΣ. Τῆς Ἕκτορος λουτροῖς Ald. Λουτροῖς item Rob.
27. ΟΜΟΙΟΣ. Ἐμοὶ ὡς Ald. Rob.
30. ΑΛΛΟ ΤΙ. Ἀλλότι Rob.
32. ΩΣ ΙΕΡΩΝΑ. Hic incipit vita in Cant. 1. sed pro ὡς legitur πρὸς, et sic Cant. 2. Ald. Rob. εἰς Turn.
33. ΩΣ. Deest Ask. D. Cant. 1. 2. Ald. Rob.
35. ΕΙΣ ΤΟΥΣ. Εἴτους Ald.
ΚΕΚΜΗΤΙ. Facile careamus Pauwii conjecturis, Ἑλλᾷ δίῳ κἀκμῆτι μαλακίων ποδὶ, *constringit, divino et indefesso pede tremiscens,* cum locum feliciter expedivit Stanl. in curis secundis sub Tit. ΛΑΙΟΣ. Sic etiam Gronov. ad Harpocr. Bene tamen Harpocrationem emendavit Pauw. pro τὸ ὄρον φρίττειν, τὸ ὅλον φρίττειν, *totum et toto corpore horrescere,* reponens. Vide etiam Jac. Gronov. et Henr. Vales. ad Harpocrat. locum. Prioris emendationem, κεκμήοτι, posterioris μαλκίων probavit Heath. Κ'ακμῆτι μαλακίζων ποδὶ maluit Gatak. advers. Miscell. c. X. p. 529. et pro Ἑλλαδίῳ, Ἡλιάσι mavult, sed rectius Stanl. in curis secundis.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

Quæ de titulo hujus tragœdiæ annotat Stanleius a Petr. Victor. Varr. Lectt. XVII. 13. desumpta sunt.

II.

ΗΡΩΣΙ. Ἥρωσιν Pauw. Heath. recte.

III.

ΤΡΙΤΟΝ. Hæc vox non uncinulis erat includenda, est enim Æschylea, sed reponendum est τρίτω.

IV.

ΤΙΜΑΛΦΗΣ. Hesych. Τιμαλφής .... Αἰσχύλος δὲ ἐν Ἐπιγόνοις ἐπὶ τῦ ἐντίμου.

V.

Cic. Tusc. Quæst. II. 25.

Audisne hæc Amphiarae, sub terram abdite.

Versus est ex Epigonis Æschyli, quam fabulam transtulit Attius. Vide Nonium in Mactare.

ΕΥΡΩΠΗ.

ΠΑΝΤΑ Τ' ΑΝΘΡΩΠΩΝ. Πάντα γ' ἀνθρώπων Pauw. Heath. Sed

vocem ἀνθρώπων ex compendio ᾽ανων ortam putat Valcken. Diatrib. Eurip. p. 225. atque id ipsum vitiose pro ἀμῶν vel potius ἀμᾷν scriptum esse, unde Trochaicum efficit,

'Αλλ' Ἄρης φιλεῖ γ' ἀεὶ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾷν στρατοῦ,

Idque pluribus exemplis confirmat. Horat. Od. IV. 14.

Primosque et extremos metendo
Stravit humum.

Epist. II. 2——*Si metit Orcus*
Grandia cum parvis.

Ajax etiam apud Philostratum p. 690. Τὸς τὰ πλέθη ἀποκτείνοντας θεριστὰς ἡγεῖτο μέγα μηδὲν ἀμῶντας. Plura quoque congessit vir cl.

ΗΔΩΝΟΙ.

Eandem esse hanc fabulam cum ΛΥΚΟΥΡΓΩι existimat S. Petit. Miscell. V. 9. duplicem scil. habentem epigraphen, unam a Lycurgo qui pœnas hoc dramate dabat Baccho propter contemptum sacrorum, alteram ab Edonis e quibus Chorus constabat.

I.

ΣΕΜΝΑ. κ. τ. λ. Totum locum sic legit Jos. Scalig. in Castigat. ad Catull. De Nupt. Pel. et Thet. ϔ. 268. *Multaque raucisonos efflabant cornua bombos.*

Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς
Ὄργιά τ' ὄργαν τιν' ἔχοντα.
Ὁ μὲν ἐν χερσὶ
Βόμβυκας ἔχων τόρνου κάματον,
Δακτυλόδικτον πίμπλησι μέλος
Μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.
Ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.
* * * Ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει.
Ταυρόφθογγοι δ'
Ὑπομυκῶνταί ποθεν ἐξ ἀφανοῦς
Φοβεροὶ μῖμοι· τυπάνου δ' ἀχὼ,
Ὡσθ' ὑπογείου
Βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

ϔ. 2. ΟΡΙΑ Τ' ΟΡΓΑΝ' ΕΧΟΝΤΑ. Ὀρθιά τ' ὄργαν' ἔχοντες, σεμνοὶ sunt scil. ut et ipsa Cotys, Pauw. Sed hæc Strabonis non Æschyli esse verba docet Heath. Ὀρειά γ' ἐργάδ' ἔχουσα, propter cultum quam Cotytto non minus quam Cybele accipiebat in iis montibus, S. Petit. Miscell. V. 9. quod non intelligo.

II.

ϔ. ΒΟΜΒΗΚΑΣ. Inter βίμβηκας et βόμβηκας distinguit Pauw. cum

hæc fuerint vascula cava quæ sibi juncta manu concutiebantur, et concussa edebant βόμβοι, βίμβικες autem ῥόμβοι qui flagello agitabantur in terra et sic sonum edebant stridulum. Quia et βόμβυκες apud Hesych. tibiæ erant quæ sonum edebant graviorem βόμβον scil.

ỷ. 2. ΔΑΚΤΥΛΟΔΕΙΚΤΟΝ. Δακτυλόδικτον digitis jactatum, Pauw. crotala intelligens quæ digitis tenebantur et jactabantur, quam vocem ex Hesychio confirmat, ubi legitur, male addito δακτύλωτον ἔκπομα quod ab eo separandum erat. Monet etiam Meursium in fragmentis hoc epitheton non cum κάματον sed cum μέλος junxisse, sed ita tamen legi debere δακτυλόδικτον.

ỷ. 5. ΧΑΛΚΟΘΕΟΙΣ. Χαλκοδέτοις post Casaub. et Stanl. recte legit Pauw. et mox etiam recte ὀτοβεῖ reponit metri gratia. Sic Heath. Inter crotala etiam et κοτύλας, vel cymbala, distinguit, cum hæc essent vascula majora, illa minora: hæc separata, illa juncta: horum singula singulis manibus collidorentur, illorum bina. Χαλκοδέτοις item Heath. auctore etiam Eustath. p. 1282. l. 60. Et sic Schol. Homeri Ven. a Villoisono editus ad Il. Υ'. 34. p. 496. ubi pro ὀτοβεῖ etiam ἠχεῖ legitur. Χαλκοδέτοις item Ath. XI. 8. p. 479. B.

III.

ỷ. 1. ΨΑΛΜΟΣ. Cum hæc sint pars clausulæ Anapæsticæ, defectum in initio versus indicandum fuisse monet Pauw. ac scribendum,

——ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει.

Mox φοβέροις Strab.

ỷ. 4. ΤΥΜΠΑΝΟΥ. Τυμπάνω Strab. Τυπάνω Pauw. Heath. ob metrum. Mox ὑπογαίω Codd. Strab.

IV.

ΤΙ ΠΟΤ'. Locum sic legit atque interpretatur Pauw.

Τίς ποτ' ἰσθ' ὁ μουσόμαντις, ἄλαλος Ἀβρατεὺς ὃν στένει;

quem mutus luget Abrateus; quem ita luget Abrateus ut præ luctu sit mutus. Locum porro Aristophanis hinc adumbratum sic corrigit,

Τίς ποτ' ἰσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ἥρως ὀρειβάτης;

Sed quisnam hic Abrateus? Τίς ποτ' ἔσται ὁ μουσόμαντις ἄλλος, Ἀβρατεὺς tantum habet Suid. omissis ὃν στένει. Audacter, sed sensu satis facili reponit Botheus,

Τίς ποτ' ἰσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος, ἁβρὸς, ἀσθενής;

IV.

ΑΔΑΣΜΟΣ. Locum Hesychii, Οἷον τιλῶσα ἐνοίκιον, quem H. Steph. in Appendice Thesauri mutavit in ὡ τιλῶσα ἐνοίκιον, tanquam since-

rum tuetur Pauw. Ait enim, si δασμὸν intelligitur stricte de tributo extero, ut potest, οἶον τελοῦσα ἐνίκων non peccare; id enim cives incolæ non pendunt; monetque expositiones istas, e Scholiis sumptas, non facile mutari debere, si aliquem sensum habere possint. Sed Stephani emendationem confirmat Photii Lexicon, Pauwii temporibus ineditum. Ἄδασμος· ἀδίκα δασμὸν ἐκτείνουσα, οὐδὲ μείζονα δασμὸν τῆς οἰκήσεως. Οὕτως Αἰσχύλος.

VII.

ΑΙΓΙΖΕΣΘΑΙ ΝΕΥΡΙΔΑΣ. In loco Hesychii a Stanleio allato, αἰκίζεσθαι, non αἰγίζεσθαι, legitur, quæ est emendatio Schrevelii, Sopingii et Vossii e Suida petita. Ibi tamen pro αἰγίζεσθαι, αἰκίζεσθαι ex Hesychio reponit Kuster. Αἰκίζεσθαι apud utrumque lexicographum tuetur Pauw. qui hoc verbum, et αἰγίζεσθαι ab ἀΐσσω sic deducit, αἶξ, αἴκη, αἰκίζειν: αἶξ, αἶγις, αἰγίζειν. Postrema Hesychii sic explicat "καὶ τὰς νευρίδας οὕτω λέγει, concisius scripta sunt pro καὶ τὰς νευρίδας αἰγίζειν οὕτω λέγει. Verbum a capite articuli repetendum: αἰγίζειν τὰς νευρίδας, διασπᾷν τὰ νεῦρα." Pro νευρίδας, νεβρίδας volunt Guyet. Heins. Jungerm. Js. Voss. Locum esse mutilum censet Palmerius, et deesse principium articuli, quod forte fuerit Αἰγίδας, nam et αἰγίδες et νεβρίδες vestitus et armorum species. Νεβρίδας etiam apud Suidam legi in loco gemello monet Alberti, ac subdit facile confundi literas υ et β. Difficile dictu est utrum Æschylus αἰγίζεσθαι an αἰκίζεσθαι dederit, quanquam priori lectioni nonnihil faveo. Prior autem pars hujus glossæ apud Hesychium ad Edonos non diserte pertinet; ad Edonos referenda sunt absque dubio seqq. et sic quidem legenda. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω (αἰγίδας sc.) καλεῖ. Eadem fere cum Hesych. habet Suid. in Αἰγίζειν. Idem in Ἠδωνίς, Ἠδωνίδος· χώρα οὕτω λέγεται· καὶ Ἠδωνοὶ, ὄνομα ἔθνους· Αἰσχύλος. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖσι καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω καλεῖ· καί ἐστιν ἐν τῷ Αἰγίζειν. Corruptus est hic locus. Pro οὕτω καλεῖ legendum αἰγίδας καλεῖ. Quæ autem sequuntur, καί ἐστιν ἐν τῷ Αἰγίζειν, interpolatoris manum indicant.

X.

Μακροσκελὴς μὲν ἄρα μαχλούνης τις εἶ.

Schol. Homer. Venet. a Villoison editus, in Il. Ι'. 535. p. 235. Ξενοφῶντα δὲ γένος τι· Ἰνδῶν φάναι τὸν χλούνην εἶναι, καθάπερ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἠδωνοῖς, Μακροσκελὴς κ. τ. λ. An f. legendum,

Μακροσκελὴς μὲν γὰρ μακροχλούνης τις εἶ.

An,

Μακροσκελὴς μὲν γαρ σὺ, μαχλούνης τις εἶ.

ΗΛΙΑΔΕΣ.

I.

ΑΦΘΟΝΕΣΤΕΡΑΝ ΑΙΒΑ. Huc forte referri debet fragm. LXXXVIII. nam ibi comparativa in εστερος tantummodo recenset Eustath. nec aliud habet nisi, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἀφθονέστερον, quod sensisse videtur etiam Pauw.

II.

ΕΝΘ' ΕΠΙ ΔΥΣΜΑΙΣ. Metrum ignorare se testatur Pauw. itaque nulla numerorum ratione habita locum sic emendat, Ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖς ἴσον πατρὸς Ἡφαιστοτευχὲς δέπας, ἐν τῷ διαβάλλων πολὺν οἰδματόεντα φέρει δρόμου πόρον οὔδ' εἰς μελανίππου προφυγὼν ἱμερτᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. Ἴσον optime de Solis poculo dici affirmat, cum sit apud Hesych. ἴσον, ὅμοιον, καλόν: vel ἐπὶ δυσμαῖσι σοῦ πατρὸς legendum. Deinde φέρει πόρον interpretatur *fert, sustinet iter*, vel pro πόρον, πόνον reponit, quod apprime tragicum vocat. Sic hæc satis perspicua esse affirmat, seque mirari, cur hæc Casaubonus corruptissima vocaverit, præsertim cum antecesserant apud Athenæum, ὅτι δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, unde lux postremis a Casaubono perperam constitutis et intellectis. Ut ut illud fuerit, nullam hic lucem mihi attulisse videtur ipse Pauwius. Metrum proculdubio Anapæsticum esse affirmat Heath. quod sic ordinat,

Ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖς σοῦ πατρὸς Ἡφαι-
στοτευχὲς δέπας ἐν τῷ διαβάλλων
Πολὺν οἰδματόεντα [φέρει δρόμου
Πόρον οὔδ' εἰς] μελανίππου προφυγὼν
Ἱμερτᾶς νυκτὸς ἀμολγόν.

Quæ uncinulis inclusit adeo corrupta esse fatetur ut ea absque ope Codicum restituere non possit. Sed et reliquorum nullam interpretationem adjunxit. Nescio an forte fefellerit viros doctos vox διαβάλλων Æschylo tributa, cum revera sit Athenæi, sed et sic etiam locus in reliquis corruptus erit. *In quo—trajiciens*, Æschylus, non Sol (trajectis aut omissis aliquot Æschyli versibus) —πολὺν οἰδματόεντα κ. τ. λ.

IV.

Fabulam respicere videtur Schol. Homer. ad Odyss. P'. 208.

V.

Nescio an hanc fabulam respexerit Plin. de electro agens N. H. XXXVII. 2.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

II.

ΑΜΦΙΜΗΤΟΡΕΣ. Ἀμφιμήτριοι incuriose Stanl. in Notis. Sed ἀμφιμήτορες habet Hesych. et longe diverso sensu sequuntur apud eundem Ἀμφιμήτρια et ἀμφιμήτριον. Jul. Poll. III. 23. οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοὶ, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες· οἱ δ' ἐκ διαφόρων πατέρων μιᾶς δὲ μητρὸς, ἀμφιπάτορες. Suid. Ἀμφιμήτωρ· ὁ ἑτερομήτωρ· Αἰσχύλος.

ΘΑΛΑΜΟΠΟΙΟΙ.

ΑΛΛ' Ο ΜΕΝ. Jul. Pollux. VII. 122. Καὶ Λέσβιον δὲ καὶ ἐκφατνώματα καὶ κύμα, μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς, Ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φάτνωμά τι κύμ' ἐν τριγώνοις ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς. Τάχα δὲ καὶ οἱ Θαλαμοποιοὶ εἶδος τέχνης. Quæ sic emendat Pauw. Καὶ Λέσβιον δὲ ἐν φατνώματι κῦμα, μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς

—ἀλλ' ὁ μέν τι Λέσβιον φατνώματι
Κύμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

Μέρη ἔργων a Polluce dici existimat propter φάτνωμα et Λέσβιον κύμα, quæ duo, non unum, quin et vulgatum ἐμπεραινέτω non malum esse concedit.

—ἀλλὰ μέντοι Λέσβιον φατνώματι
Κύμα τριγώνοις ἐκπεραίνεται ῥυθμοῖς,

post Kuhn. et Laderlin. ad Pollucem emendat Heath. Κυνῆν ibi maluit Salmas. idque *lacunarium* interpretatus est, sed κύμα optime confirmat Jungerm. ex Vitruvio qui *Cymatis Lesbii* mentionem facit. Κύμα autem interpretatur ex Hesych. in Κυμάτια. αἱ ὑπεροχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς. Et rurs. in Αἰετός—καὶ ὄροφος, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ γείσῳ κυμάτιον· Item in γεῖσα—τὸ ἐν ταῖς οἰκίαις ἢ τειχῶν ἐξέχον κυμάτιον. Φατνώματα autem apud Hesych. sunt σανιδώματα. Idem φατνωτῶν· σανιδωτῶν· Toupius sic emendat Tom. IV. p. 374.

—ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φάτνωμα καὶ
Κύμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

"MS. Jungerm. ἐκπεραινέτω habet, non ἐμπεραινέτω. Anglice *Finish.* Male interpres accepit de carminis rhythmis. Λέσβιον φάτνωμα est, *Laqueare Lesbium.* Vide Hesych. et Suid. in φάτνωμα." Hæc ille; sed malim in priore versu emendando vel Pauwium vel Heathium sequi.

ΘΕΩΡΟΙ Η ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

I.

ỷ. 1. ΣΚΩΠΕΥΜΑΤΩΝ. Hesych. Σκωπευμάτων· σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Unde σκοπευμάτων rectius scribi

censet Ruhnken. Sed σκώπευμα habet etiam Photii Lexicon in Voce. Σκώπευμα· σχῆμα σατυρικὸν, ὡς καὶ ὁ σκωπός. Οὕτως Αἰσχύλος. Ipse tamen Hesych. σκοπὸς habet in ὑπόσκοπον χέρα, vide mox Fragm. V. et sic puto scribendum esse.

℣. 2. ΚΑΛΛΑΒΙΔΩΝ ΤΕ. Male hæc a Stanl. Æschylo tributa esse monet Pauw. cum ad eum solum pertineant σκωπεύματα, καλλάβιδες ad Eupolidem apud Athenæum.

IV.

Ψόθον. Phot. Lex. in Ψό. Ψό, ἐπὶ τοῦ σαπροῦ καὶ μὴ συναρέσκοντος. Ἔστι δὲ ἀποσκωμματικοῦ λεξιδίου· ψόθον γὰρ καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης· πλέω γράσου καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου. Aristophanis locus sic est forte corrigendus,

Πλέω γράσου τε καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου.

Quid sit γράσος ex Etymologico discas, et Hesychio. Nos hanc spurcitiem non ultra persequemur.

V.

Ὑπόσκοπον χέρα. Cum primo fragmento hoc arcte jungendum esse nos docet Hesychii glossa. Ὑπόσκοπον χέρα· Αἰσχύλος· ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες, οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, καθάπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. σχῆμα δὲ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ Σκοπός. Cf. Fragm. Inc. CLXI.

ΘΡΗΣΣΑΙ.

III.

Tertium addit fragmentum Pauw. Τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι, nam sic Schol. ad ista Aristophanis verba, Ran. ℣. 1329. Τιμαχίδας φησὶ τοῦτο ἐν ἐνίοις μὴ γράφεσθαι· Ἀπολλώνιος δέ φησιν ἐκ Θρησσῶν αὐτὸ εἶναι.

IV.

Quid in Θρήσσαις præcipue actum fuerit e Schol. Soph. ad Ajac. ℣. 830. (815. Brunck.) Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν, collegit Pauw. Ubi Schol. Μετακινεῖται ἡ σκηνή—ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια. Εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. Τί οὖν τὸ αἴτιον; φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρήσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγείλας. Ἴσως οὖν καινοτομεῖν βουλόμενος καὶ μὴ κατακολουθεῖν τοῖς ἑτέροις ὑπ' ὄψιν ἔθηκε τὸ δρώμενον· ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος.

V.

Schol. Soph. Ajac. ℣. 848. (833. Brunck.) φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ (Ajace) Αἰσχύλος, ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο, οὐδαμῆ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ. Τόξον ὥς τις ἐντείνων, πρὶν δή τις, φησὶ, παροῦσα δαίμων, ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον

μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ. Ubi hæc scribit Pauw. qui locum ipsum Schol. attulit; "Verba Poetæ cum verbis Scholiastæ sunt commixta. Τόξον ὥς τις ἐντείνων haud dubie sunt Poetæ, alia partim Poetæ, partim Scholiastæ: petita vero omnia ex Θρῄσσαις, in quibus sibi manus inferebat Ajax. Hoc perspicuum ex loco altero (Fragm. IV.) quem cum non vidisset Gatakerus, ex hoc collegit Æschylum docuisse fabulam *Ajacem*, quæ in Catalogo prætermissa, ei sit inserenda ut numerum augeat; quo jure apparet nunc." Hæc ille; disjecta quidem sunt Poetæ verba, sed ita tamen ut aliqua numerorum appareant vestigia.

* * * * * * ἐκάμπτετο ξίφος,
* * * χρωτὸς ἐνδιδόντος ὑδαμῇ
[Ἀντεῖχε] τόξον ὥς τις ἐντείνων σφαγῇ·
Πρὶν δή τις * * * παροῦσα δαιμόνων
Ἔδειξεν αὐτῷ * * * ποῖον μέρος
* * * * * * * χρήσασθαι σφαγῇ.

Sic ista ad Iamborum formam, si tanti est, revocare poteris. Σφαγὴ hic est *gladius*, κατὰ ποῖον μέρος Scholiastæ magis quam Poetæ videtur.

ΙΞΙΩΝ.

IV.

Quartum Fragmentum post Schweighæus. ex Athen. V. 25. p. 182. (IV. 79. Schweigh.) attulit Botheus; ubi Athenæus de tibiis agens, Οἴδαμεν δὲ, inquit, καὶ τὰς ἡμιόπους καλουμένας, περὶ ὧν φησὶν Ἀνακρέων· Τίς σ' ἐρασμίη τρέψασα θυμὸν ἐσέβη τερένων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι; Εἰσὶν δὲ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. Αἰσχύλος γ' οὖν κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίονι φησὶ,

Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα
Ταχέως ὁ μέγας καταπίνει.

Ubi "permutata" (inquit Schweigh.) in vetustiore aliquo codice foliorum nonnullorum serie, perversa turbataque vulgo hæc edebantur: ut quæ hic vulgo sequebantur ea ex quinto libro huc essent translata. Temere vero Ἰξίων φησὶ pro ἐν Ἰξίωνι φησὶ (melius Ἰξίονι) editum erat. Ipsum porro fragmentum glossa onerari censet Botheus, verbis scil. καὶ τὸν ἐλάσσονα, quibus Scholiastes metaphoram explicare voluerat, ut legendum sit,

τὸν δ' ἡμίοπον
Ταχέως ὁ μέγας καταπίνει.

V.

Huc referendum videtur ex Incertis Fragm. CLI.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

III.

Hoc fragmentum indicavit etiam Heath. non solum e Suida sed et e Schol. ad Soph. Ajac. ỷ. 733. et sic legit,

Οὔτι γυναιξὶν κυδάζεσθαι
Τί γάρ;

III.

Κύδιςʼ Ἀχαιῶν, Ἀτρέως
Πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ.

Hæc habet Aristoph. Ran. ỷ. 1031. ubi Schol. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί· Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας.

ΚΑΒΕΙΡΟΙ.

IV.

Recte addit Heathius fragmentum quod in Notis ad Titulum hujus Dramatis in Catalogo attulerat ipse Stanleius,

Ὄξους σπανίζειν δῶμα μεν ποιήσομεν.

Plut. Sympos. II. p. 633. A.

V.

Vide Fragm. Incert. LV.

ΚΕΡΚΥΩΝ.

II.

ΑΜΦΩΤΙΔΕΣ. Integrum senarium e Polluce profert Pauw.

Ἀμφωτίδες τοι τοῖς ἐνωτίοις φίλας.

III.

ΑΝΕΨΥΧΗ. Sic male edidit Stanl. nam Hesychii verba sunt, Ἀπεψύχη· ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. Et constat literarum ordo.

VI.

ΟΡΟΝ. Præter Harpocrat. habet etiam Suid. in ὄρον. Et iisdem fere verbis Phot. Lex. in Voce.

ΚΗΡΥΚΕΣ.

I.

ΛΟΓΓΑΖΕΙΝ. Vocem Polluci improbatam fuisse monet Pauw. ut vilem et plebeiam, quales sine dubio in Satyris plures; monet etiam a λόγγος, *longus* a Salmasio deduci. Verba Pollucis sunt, φαῦλον γὰρ τὸ λογγάζειν ἐν τοῖς Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου.

II.

ΣΤΕΝΟΣΤΟΜΟΝ. Verba Pollucis, ἐπ' ἀμφοτέρων, in ἐπ' ἀμφορέων pulchre emendavit Pauw. ut Æschylum dicat vocem τεῦχος pro ἀμφορεὺς adhibuisse.

III.

ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΙΣΥΡΑΣ ΤΗΣ ΛΕΟΝΤΙΑΣ. Nugatur Pauwius, quod vel fatetur ipse, dum ex verbis Pollucis in Edit. Hemsterh. Κατὰ τῆς σισύρνης τῆς λεοντίας, refingit, κατὰ τῆς σισύρνης τὴν λεοντίαν, *contra sisyrnam pellem leoninam*, h. e. *sume* vel *indue*, idque proverbialiter dictum vult. Satis bene se habent vulgata, modo pro σατυρικοῖς, σατύροις legas cum Magno Bentleio ad Mill. p. 15. Et sic Toup. qui uno quoque vocabulo versum auxit, in Suid. Tom. II. p. 166. Καὶ τῆς σισύρνης τῆς λεοντείας δορᾶς, citato ex Hesych. Λεόντειος δορά· τὸ δέρμα αὐτοῦ.

IV.

Πυρσοκόρσου λέοντος, Phot. Lex. in Voce. Πυρσοκόρσου λέοντος· Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι Σατύροις. Unde Hesychii locum Πυρσοκορσολέοντος· πυῤῥοκεφάλου, ξανθοτρίχου, emendat Magnus Bentleius, Epist. ad Mill. p. 15.

ΚΡΗΣΣΑΙ.

I.

ỳ. 1. ΜΕΛΑΓΧΥΜΟΙΣ. Μελαγχίμοις Heath. ut Suppl. ỳ. 727. Vide quæ nos ad Sept. Theb. 509. Hoc fragmentum Æschylo abjudicat Eustath. in Il. Χ'. p. 1254. l. 25. et locum quidem multo corruptiorem exhibet, Οὕτω Αἰσχύλος πέπλους μελαγχίμους φησίν· ἕτερος δέ τις μελάγχιμα συνάμενα ἐν τῷ Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις ὅπερ ἐστὶ μέλασι, καὶ μιλτοπρέποις, ἤγουν ἐρυθροῖς, βρίθεται τ' αὐτοῦ χροιᾷ. (sic.)

II.

ΥΠΟΤΟΠΗΣΑΙ. Bene monet Pauwius ex Hesychii verbis incertum esse utrum ἀτόπαστον vel ὑποτοπῆσαι e nostro excerpserit, prius vero probabilius videri.

IV.

Πισσοκωνήτῳ πυρὶ, et *πισσοκώνητον μόρον*, ex Phot. Lex. in πισσοκώνη, et Hesych. in κωνῆσαι colligo. Apud Phot. legitur, Πισσοκώνη· τῷ πυρὶ τῷ εὐκαύτῳ· ἐπεὶ τὰ καιόμενα πίσσῃ χρίεται· Αἰσχύλος Κρήσσαις. Ad quem locum, Πισσοκωνήτῳ· πυρὶ τῷ εὐκαύτῳ post Alberti ad Hesych. corrigit Schleusner. Sed malim, Πισσοκωνήτῳ πυρί· τῷ εὐκαύτῳ. Hesychii verba emendata sunt, Κωνῆσαι· πισσοκοπῆσαι· καὶ κυκλῳ περιστῆναι· Καὶ πισσοκώνητον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινες ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν· Αἰσχύλος Κρήσσαις καὶ Κρατῖνος. Πισσοκωνία γὰρ ἡ νῦν πισσία, ᾗ χρίουσι τὰ παράσημα τῶν προβάτων. Vide eundem in Πισσοκωνίας et Πισσοκωνήτῳ.

ΛΑΙΟΣ.

II.

Huc referri debet fragmentum quod supra corrupto titulo ad ΕΛΛΑΔΙΟΝ refertur.

III.

Fragmentum ἀδέσποτον apud Clementem, Strom. II p. 388. ex Æschyli Laio desumptum putat Gataker. Advers. Miscell. X. p. 529. verbis Clementis persuasus, qui sic scribit, Ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν γε ἥ τε πρὸς τὴν παιδείαν ἡμῶν Παράβασις, ἥ τε πρὸς τὰς ἐντολὰς ὑπακοή· ὧν εἰ μὴ μετέχειν βουληθείημεν, θυμῷ τε καὶ ἐπιθυμίᾳ ἐκδότους σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδόντες, ἁμαρτησόμεθα, μᾶλλον δὲ ἀδικήσομεν τὴν ἑαυτῶν ψυχήν. Ὁ μὲν γὰρ Λάιος ἐκεῖνος, κατὰ τὴν τραγῳδίαν φησιν,

Λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς,
Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

τουτέστι τὸ ἔκδοτον γεγενῆσθαι τῷ πάθει. Verba sunt proculdubio Laii de concubitu ab oraculo vetito agentis, et poterant esse e Nostri Laio, sed illud incertum est. Posterior versus Æschyleum colorem vix habet; Euripidem aut recentiorem aliquem e tragicis sapit.

ΛΕΩΝ.

ΟΔΟΙΠΟΡΩΝ. Hanc fabulam Satyricam fuisse monet etiam Pauw. et recte, post Salmasium, ὁδοιπόρων genitivum pluralem, non participium esse docet. Salmasium reprehendit Stanleius, quod in *Leone Satyrico Tragœdia* dixisset; et merito quidem, nisi forte vir magnus *Tragœdia* festinanter pro *Dramate* scripserit. Ἐν Λέοντι Σατυρικῷ et ὁδοιπόρων correxit etiam Gataker. Advers. Miscell. c. X. p. 529. Ὁδοιπόρων etiam Toup. in Suid. Tom. II. p. 555. Quæ sub hoc titulo leguntur ad Æthona vel Cercyona Satyricum pertinere censet Th. Rheinesius in Epilogo p. 681. ut hic titulus plane deleatur.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ.

I.

℣. 2. ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΚΟΠΤΕΙ. Σιμνοκόπτει de ipso βρέτει, ἀνδρείᾳ γέννῃ de *corpore virili* intelligit Pauw. advocato Hesychio, apud quem γέννα, γαστήρ. Totum locum sic legit Heath. Pauwii interpretationem de γέννῃ ἀνδρείᾳ secutus,

Κἀκ τῶνδ' ἔπειτα βρέτει ἰσχναίνων χρόνον
Καὶ σεμνοκόπτων ὅτος ἀνδρείαν γένναν.

Melius forte,

Κἀκ τῶνδ' ἔπειτα βρέτει ἰσχναίνων χρόνον,
Κἀσεμνόκοπτει τῇδ' ἐπ' ἀνδρείᾳ γέννᾳ.

III.

ΑΚΟΥΕ Δ' ΑΝ ΟΥΣ ΕΧΩΝ. Metrum poscit, ἄκυ' ἀν' ὦς ἔχων, et sic diserte Suidas in phrasi, qui nomen Æschyli reticuit, Scholiasten Sophoclis aperte compilavit. Sic enim ille, 'Αν' ὦς ἔχων· 'Αντὶ τῦ ἀνὰ τὸ ὦς ἔχειν. Καὶ Σοφοκλῆς· Τὸν οἶνον ἀνίχουσα κίσσον· ἀντὶ τῦ, ἀνὰ ἔχουσα. Similis est Virgiliana locutio Æn. II. 303.

—*arrectis auribus asto.*

'Αν' ὦς ἔχων, pro ἀνέχων ὦς

V.

Ipsum Fragmentum attulit Stanl. in Notis.

VI.

Tituli hujus tragœdiæ meminit Schol. Theocr. Idyll. X. 18. ac subdit Aristarchum in eam commentarium scripsisse. 'Αρίσταρχος γὰρ ἐν ὑπομνήματι Λυκούργου Αἰσχύλου, τὴν ἀκρίδα φησὶ ταύτην (μάντιν) εἰ προσβλέψει τινι τῶν ζώων ἐκείνῳ κακὸν γενέσθαι. Unde conjicere est vocem μάντιν inter hujus tragœdiæ fragmenta reponendam esse. Nec tamen diffitendum est deesse vocem Αἰσχύλου in Theocriti Cod. Vat. 3. Hanc Nostri fabulam Latine convertisse videtur Nævius, titulo non mutato.

VII.

Tetralogiam Lycurgiam (sicut Orestiam Ran. ℣. 1155.) subindicare videtur Aristoph. Thesmoph. ℣. 141.

Καί σ' ὦ νεανίσχ' ὅστις εἶ, κατ' Αἰσχύλον
'Εκ τῆς Λυκουργίας ἐρέσθαι βούλομαι.

In seqq. etiam, ni fallor Æschylum παρῳδεῖ Comicus. Ut ut illud fuerit, Καί σ' ὦ νεανίσχ' ὅστις εἶ, ad Æschyli Lycurgum pertinere manifestum est. Vix tanti est ut moneam alios legere ὅστις εἶ.

ΜΕΜΝΩΝ.

Ad ΨΥΧΟΣΤΑΣΙΑΝ forte pertinebat hic titulus, et unicum, quod sciam, ejus ἀποσπασμάτιον apud Strabonem XV. p. 728. legitur. Φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. Inter deperditas recenset Tyrwhitt. ad Aristoph. poet. p. 87. l. 12. et argumentum ab Iliade parva desumptum fuisse affirmat.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ.

I.

Myrmidonas fecit Attius, e Nostro forte conversas.

ỳ. 1. ΤΑΔΕ ΜΕΝ. Monometra hæc in dimetra conjungi debere recte monuit Pauw. Τάδε autem de Græcorum cadaveribus intelligit, quæ a Choro Myrmidonum Achilli digito monstrarentur, ut ille miseritus tandem deposita ira in aciem rediret et fortitudine sua rem lapsam Danais restitueret.

ỳ. 5. ΟΥΣ ΠΡΟΠΕΠΩΚΑΣ ΕΙΣΩ ΚΛΙΣΙΑΣ. Minus decore hoc a Myrmidonibus Achilli dictum existimat Pauw., qui modo eum venerantes φαίδιμον vocaverant: itaque reponit, ὧς προπέπωκέν γ' ἔξω κλισίας, *quos utique Agamemnon pessum dedit, Briseidem extra tentorium tuum abducens:* Vel etiam προπεπωκὼς, quod Heathio quoque placuit. Sed nimis argutatur Pauw. primum hæc a Myrmidonibus dicta fingens, deinde tantam illorum in Achillem reverentiam fuisse existimans ut de morte sociorum ne hiscere quidem auderent. Nihil mutarem præter litterulam, metri causa, προπεπωκὼς scil. pro προπέπωκας. Sic autem sensus erit imperfectus post κλισίας, et tollendum σίγμα τέλειον. *Quos tu desidia intra tentorium prodens* —perdidisti scil. Vox προπέπωκως plane deest apud Harpocrat. ubi sic legitur. Προπεπωκότες, ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες· ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται προπεπωκέναι, παρὰ τὴν συνουσίαν—ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος

Τάδε μελεύσσεις Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
Δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους.
Οὓς Εἴσω κλισίας.

Προπέπωκας restituit Meursius, Anapæsticæ συναφείας ignarus: legendum igitur,

Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
Δοριλύμαντους Δαναῶν μόχθους·
Οὓς προπεπωκὼς εἴσω κλισίας——

ut desit verbum ad quod προπεπωκὼς referatur. Τάδε μὲν, δεικτικῶς, ut Pers. ỳ. 1. Οὓς ad Δαναῶν, non ad μόχθους referendum.

II.

ΚΑΙ ΛΙΒΥΣΤΙΚΩΝ. Τῶν Λιβυστικῶν Grot. Hoc fragmentum ex

Prometh. Soluto, memoria lapsus, citavit Meurs. ad Lycophr. ℣. 40. in fragmentis autem Tragicorum a se editis non agnoscit. Sæpius hanc γνώμην respexerunt veteres. Eo allusit Dionys. Halic. De Admirabili vi dicendi in Demosthene, ut monuit Valcken. et locum ipsum Dionysii restituit Porson. in Notis ad Medeam ℣. 139. citato etiam Eustath. ad Il. z'. p. 632. l. 35. Ὁ Πρῶτος δηλαδὴ (τέμνει) τὸν Βελλεροφόντην, γράμματα καθ' ἑαυτοῦ κομίζοντα, καὶ ταῦτα οὐκ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ, τραγωδικῶς εἰπεῖν, ἁλισκόμενον πτεροῖς. Idque imitatum monet etiam Wallerum nostratem sic scribentem,

To a Lady singing one of his Songs.

That Eagle's fate and mine are one,
Who on the shaft that made him die,
Espied a feather of his own,
Wherewith he wont to soar so high.

Locum tangit etiam Aristid. Tom. III. p. 27. Orat. Plat. 1. Εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ τῶν Αἰσχύλου, Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλα τοῖς αὐτοῦ πτεροῖς, ἃ θρυλλεῖς ἐν ἐκείνοις τοῖς λόγοις, ἁλίσκῃ.

℣. 4. ΤΟΔ'. Τὰ δ' (rectius τάδ') legitur apud Philon. Judæum, περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, p. 851. ubi citatur hic versus addito tantum φησὶν ὁ τραγικός. Perperam citatur ex Aristoph. Ranis a Stanl. cum sit ex Avibus.

III.

ΑΒΔΕΛΥΚΤ'. Exstat etiam apud Zonaræ Lexicon in Ἀβδέλυκτα, sine auctoris aut tragœdiæ nomine, et cum eadem interpretatione qua usus est Suidas.

IV.

℣. 2. ΙΗΚΟΠΟΝ. Recte Pauwius ἰήκοπον cum ἀνδροδάϊκτον conjungit, locum sic interpungens, Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀκούων Ἰήκοπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν; Hoc autem substantivum, ἰήκοπον, cum esset vox ambigua et nimis licenter facta, Comicum ridere voluisse affirmat, et tanquam interjectionem alieno loco posuisse. Hoc ille *lepidissimum* vocat, mihi tamen plane frigidum videtur. Metra sic ordinat Heath.

1. Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ,
2. Τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀκούων,
3. (Ἰὴ)
4. Κόπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

Ut sit 1. Basis Anapæstica. 2. Anapæst. Dim. Cat. 3. Exclamatio extra metrum. 4. Anapæst. Dim. Cat. Mihi sic potius videntur disponenda,

1. Ὦ Φθιῶτ' Ἀχιλλεῦ τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀκούων
2. Ἰήκοπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

1. Dactyl. Hexam. 2. Asynartet. e Dochmiis. Ἰήκοπον mihi

videtur unam vocem constituere, et perperam ab Heathio divisam fuisse. Poterit autem ἰήκοπος, *gravis labor*, ex interjectione et κόπος formari, ut αἴλινος in Agam. ꝟ. 123. ubi vide quæ annotata. Scholiastæ verba sunt, ad Ran. ꝟ. 1295. Τοῦτο μὲν ἀπὸ τῶν πρέσβεων, πρὸς Ἀχιλλέα Αἰσχύλος πεποίηκεν· ἐστὶ δὲ ἐκ Μυρμιδόνων. Προφέρει καὶ Εὐριπίδης εἰς γέλωτα ἄλλα ἐξ ἄλλων δράματα (l. δραμάτων) συναγαγών. Διὸ καὶ ἀσαφῆ μίαν ἁρμονίαν οὐκ ἔχοντα. Οὐκ ἄρα τὰ μὴ ξυνετὰ ζητητέον. Et rursus, ꝟ. 1297. Προφέρεται δὲ οὐκ ἀφεξῆς τὰ αὐτὰ μέλη αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἄλλο ἄλλοθεν· καὶ ἐπιλέγει τὸ ἰήκοπον, οὐ κυρίως ἐκείνων τῶν στιχῶν ὄν τοῦ Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ. Unde dubitare queas quænam sit hujus fragmenti distributio metrica et structura.

V.

ΤΟΝ ΖΩΝΤΑ ΜΑΛΛΟΝ Hemistichium ex Aristoph. supplevit Gataker Advers. Miscell. p. 505., τἀμὰ γὰρ διοίχεται, quod monuit Heath. Eadem habet Suid. Verba esse Achillis respondentis Antilocho, qui primus ei Patrocli interfecti nuntium attulerat, ut etiam apud Homer. Il. Σ'. 18., monuit Pors. ad Med. ꝟ. 750.

VI.

ꝟ. 1. ΑΓΙΟΝ. Ἁγνὸν Pors. ad Med. ꝟ. 750. qui ἅγιον rarissime ab Atticis, a tragicis nunquam usurpari docet, verbaque esse Achillis ad Patrocli cadaver monet.

ꝟ. 2. ΔΥΣΧΑΡΙΣΤΕ. Comma delet Pauw. ut sqq. arctius cohæreant, post δυσχάριστε subaudito ἕνεκα, ut sit sensus, *O ingrate propter frequentia oscula tibi data.*

ibid. ΠΥΚΝΩΝ. Πικρῶν habet Plutarch. in Amat. p. 751. C. sed in libello de Adulatoris et Amici discrimine p. 61. A. vulgatam servavit. Æschylum hoc in loco, ubi Achillem introducit impudico amore in Patroclum affectum, nugatum esse ait Plato Sympos. Tom. III. p. 180. A. modo sint verba Platonis quod in dubium vocatur a Valcken. Diatr. Eurip. p. 13. C.

VII.

ΜΥΣΙΑΙ Δ'. Legendum Μυσία τ' ut apud Strabonem. Bene monet Pauwius vel Strabonem cum hæc e prologo citaret, quem ab Harpocratione et Aristophanis Interprete et ipso fragmenti primi colore Anapæstice scriptum fuisse dicimus, memoria lapsum fuisse, vel pro Μυρμιδόσι reponendum Μύσοις, quod credo verissimum. Nam sic omnia conveniunt. Versus ipse initium fabulæ sapit, et in eo Mysiæ fluenta diserte nominantur. Quin et in primo Mysorum fragmento ποταμοῦ Καΐκου iterum fit mentio. Itaque minime dubitaverim hoc fragmentum ΜΥΣΟΙΣ adscribere.

VIII.

ΔΕΚΕΜΒΟΛΟΝ. Scholiastis Aristoph. verba, ΤΡΙΕΜΒΟΛΟΝ· Πολ-

λάκις ἐμβαλεῖν δυνάμενον. μήποτε δὲ καὶ πλοίου τις ἦν κατασκευή. καὶ γὰρ δεκέμβολον Αἰσχύλος εἶπε τὴν Νέστορος ναῦν ἐν Μυρμιδόσιν, sic transponit Pauw. Πολλάκις ἐμβαλεῖν δυνάμενον· καὶ γὰρ δεκέμβολον Αἰσχύλος εἶπε τὴν Νέστορος ναῦν ἐν Μυρμιδόσι. Μήποτε δὲ καὶ πλοίου τις ἦν κατασκευή. Utcunque legas melius fuerit de nave decem, h. e. multas ἐμβολὰς faciente, quam de nave decem ἐμβόλοις seu rostris instructa cum Scheffero de re navali, intelligere, quem hac ipsa de causa reprehendit Pauw. Tria rostra navibus sæpe fuisse in comperto est, decem vero modum excedere videtur.

IX.

ΙΠΠΑΛΕΚΤΡΥΩΝ. Cf. etiam Av. ✝. 800.

—εἶτ᾽ ἐξ εὐθείας
Μεγάλα πράττει κἄστι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.

Schol. παρὰ τὰ γραφέντα ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. Sed e Ran. ✝. 959. hoc navis insigne fuisse docemur, et alio etiam fragmento locupletamur. (Cf. Fragm. Incerta. CCIX.)

ΕΥ. Ἀλλ᾽ ἢ Σκαμάνδρους, ἢ τάφρους, ἢ 'π᾽ ἀσπίδων ἐπόντας
Γρυπαιέτους χαλκηλάτους, καὶ ῥήμαθ᾽ ἱππόκρημνα,
Ἃ ξυμβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον ἦν. ΔΙ. Νὴ τοὺς θεοὺς ἐγὼ γ᾽ οὖν
Ἤδη ποτ᾽ ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα
Τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.
ΑΙΣ. Σημεῖον ἐν ταῖς ναυσὶν ὦ 'μαθέστατ᾽ ἐνεγέγραπτο.

X.

ΑΓΡΕΜΟΝΑ. Locum Hesychii a Stanleio allatum sic corrigit Pauw. ut verba posteriora, ἀγρέμονα, ἐπιμύνων, a præcedentibus sejuncta ad alium articulum referat. Unde non ἀγρέμονα sed ἀγρέμον᾽ τὸν κάμακα, ex Æschyli Myrmidonibus citabitur; et sic edidit Alberti, ubi vide quæ annotata. Λαμπάδα vero ἀγρέμον dictum putat Pauw. ab ἀγρεῖν, cujus ope aliquid investigatum et captum est.

XI.

ΑΜΦΙΒΑΛΛΕΙ ΕΓΚΟΥΡΑΔΙ. Vocem ἐγκουράδι sic explicat Pauw. " Κορὴ, κορυφὴ, ipsum κάρα, pro κορὴ quidem κουρὴ unde κουράς. Si proprie velimus loqui, κουρὴ nomen, κουρὰς adjectio est. Κουρὰς γραφὴ dictum plane, κουρὰς elliptice. In istis laquearium picturis capita cum summis humeris repræsentabantur præcipue: hinc κουρὰς γραφὴ et κυρὰς absolute, pro ista pictura et istis tabulis. Grammaticus diserte hic (in Εγκουράδες) ἐγκουράδες, οἱ ἐν τοῖς ὀρόφοις γραφικοὶ Προσώπων πίνακες. Unde nomen, quod dein omnibus ὀροφικοῖς tributum, quascunque exhibebant figuras. Atque hinc generalius illud ὁ γραπτὸς πίναξ, et quod in Voce Κυρὰς legimus infra (apud Hesych.) loco suo. Nomen tamen a prima pingendi methodo, quæ vultus et capita exhibebat sola; et hinc etiam ἐγκουράδες de notis quibus

facies compuncta: στιγμαὶ ἐγκουράδες et ἐγκουράδες absolute κατὰ ἔλλειψιν, nam, ut dixi, κουρὰς et ἐγκουρὰς sua indole adjectiva sunt. Æschylus ἐν Μυρμιδόσιν ἐγκουρὰς posuit γενικῶς pro ὁ γεγραμμένος, *pictus*, nulla ratione habita laquearium, aut picturæ in laquearibus receptæ." Hæc ille; reliqua deinde explicat quæ non sunt hujus loci. Sed dum in Hesychiana Voce ἐγκουράδες immoraretur, vocem ejusdem Κουρὰς pœne neglexit, ex qua hoc fragmentum hausit Stanleius, addito etiam ἀμφιβάλλει, quod non est Æschyli sed lexicographi. Παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Μυρμιδόσι, inquit, ἀμφιβάλλει ἐγκουράδα. h. e. *Vox* ἐγκουράδα *apud Æschylum in Myrmidonibus dubiam significationem habet*, an scil. *tabulam laqueariam* an simpl. *picturam* significet, quod ipse lexicographus explicat in Ἐγκουράδες.

XII.

Ὅπλων, ὅπλων δεῖ. Ad Aristoph. Av. ỳ. 1420. Πτέρων, Πτέρων δεῖ, Schol. citante Pauw., Παρὰ τὸ Αἰσχύλου ἐκ Μυρμιδόνων, ὅπλων, ὅπλων δεῖ.

XIII.

Ad ista Aristoph. Av. ỳ. 800.

—εἶτ' ἐξ ἀδίνος
Μεγάλου πράττει κᾆστὶ νυνὶ ξοῦθος ἱππαλεκτρυών.

Schol. citante Pauw. Παρὰ τὰ γραφέντα ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου. Sed vide Fragm. IX. et quæ ibi annotata.

XIV.

Citatur a Petro Victor. V. L. XXXVIII. ult. Schol. Homeri ad τὸν δ' ἔκφερον ὠκέες ἵπποι. Sed nihil reperio.

XV.

Μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία.

E Luciani Amor. Tom. II. p. 457. citat Pors. ad Med. ỳ. 750. Luciani verba sunt, Στένων γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον, ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη, Μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσεβὴς ὁμιλία Καλλίων. Ultima vox illa finalem syllabam quarti et integrum pedem quintum efficere poterat vel præcedentis vel sequentis versus. Cf. supra fragm. VI.

XVI.

Ad illud Aristophanis Ran. ỳ. 942.

Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γ' ἂν τιν' ἐκάθισεν ἐγκαλύψας,
Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς,

Schol. Ὡς αὐτοῦ εἰσφέροντος ἐν δράματί τινα κεκαλυμμένον. Ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ



Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις. Οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. Ἄλλως· Εἰκὸς τὸν ἐν τοῖς Φρυξὶν Ἀχιλλέα, ἢ Ἕκτορος λύτροις. Ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόσιν, ὃς μέχρι τριῶν ἡμερῶν οὐδὲν φθέγγεται.

XVII.

Ad illud Aristophanis Ran. ℣. 1447.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα.

Schol. Ἐκ Μυρμιδόνων· Πεποίηκε γὰρ αὐτοὺς κυβεύοντας. Ἔθος δὲ τοῖς κυβεύουσιν οὕτω λέγειν, β', δ', γ'. Τοῦτο δὲ λέγει ὁ Διόνυσος, δεικνὺς ὡς Αἰσχύλος νενίκηκε.

XVIII.

Huc pertinere videtur (forte ad Fragm. XV.) quod habet Plato in Conviv. p. 180. A. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ, φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾷν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος.

ΜΥΣΟΙ.

II.

℣. 2. ΠΑΙΟΝΙΑΣ. Παιωνίαις, *salutaribus*, Pauw. quod prætulerim. Παιωνίας habent Suid. et Phot. Lex. in Ὀργιῶνες, neque ignoro Mysos Asiaticos, ab Europæis, secundum quorundam opinionem, Pæoniæ accolis, ortos esse. Cf. Strab. p. 572. Sed regionis illius nomen per ο scribitur, Παιονία. Alteram vero lectionem quam dat Photius, σώζοις pro σώσεις, libenter amplector. Quin jam video Cod. Photii Beckianum diserte dedisse παιωνίαις. Glossa ipsa Photii ad verbum, fere eadem est cum illa quam e Suida attulit Stanl. Obiter moneo Kusterum Stanleii notam verbum verbo in suum usum convertisse.

III.

Telephum, avunculis suis apud Tegeam occisis mutum in Mysiam rediisse, ut cæde inquinatis mos erat, censet Tyrwhitt. q. v. ad illa Aristotelis de Poetic. c. 44. ὥσπερ ἐν Ἠλέκτρᾳ οἱ τὰ Πύθια ἀπαγγέλλοντες, ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἥκων.

ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ.

I.

ΣΑΥΡΑΣ. Αὔρας Valcken. ad Hippol. ℣. 199. qui literam præcedentem ex voce Νεανίσκοις male adhæsisse putat.

ΥΠΟΣΚΙΟΙΣΙΝ. Hoc pro ὑπηκόοισιν, quod est in Athenæo, reposuit Casaub. ex libris suis, altera tamen lectio Pauwio placet ob Nicandri interpretationem apud Athen. allatam, τοῖς θεοῖς ἀνειμένους τόπους, sed prætervidit v. cl. eosdem ἀλσώδεις καὶ συσκίους verbis statim præcedentibus vocatos fuisse.

II.

ΑΡΕΙΦΑΤΩΝ. Cf. nostrum in Eumen. ☧. 916.

—τῶν δ' ἀρειφάτων ἐγὼ
Πρεπτῶν ἀγώνων.

III.

ΑΦΟΙΒΑΤΟΝ. Pro ἀφοίβητον a φοιβάω deducit Pauw. cum a φοιβάζω sit ἀφοίβαστον, a φοιβαίνω, ἀφοίβαντον. Sed ἀφοίβαντον recte reponit Alberti, juxta Eumen. ☧. 237.

Οὐ προστρόπαιον οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα.

IV.

'Οκτώπαν. Phot. in Voce. 'Οκτώπαν ποταμὸν Αἰσχύλος διαπέπλευκε. Νεανίσκοις. Locus est corruptus: aliquid lucis oritur ex Cod. quo usus est Alberti ad Hesych. in 'Οκτώπας· ποταμός. Ubi hæc annotantur. "Phot. Lex. MS. 'Οκτώπαν· ποταμόν. Αἰσχύλος διαπέπλευκε νεανίσκοις 'Οκτώπας. Unde legendum videtur apud Phot. 'Οκτώπαν· ποταμόν. (διαπέπλευκε) Αἰσχύλος Νεανίσκοις. Ut verbum διαπέπλευκε additum sit a Photio quo ostenderet unde pendebat obliquus casus.

NEMEA.

Nemea scripsit Ennius, forte e Nostro conversa.

ΝΗΡΕΥΣ.

II.

Ex verbis Athenæi III. p. 86. fragmentum huic fabulæ conjectura satis ingeniosa restituit Heath. Athenæi verba sunt, Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις τις ἀνήρει τὰς νήσους ἀναρειτοτρόφους εἴρηκεν. Verba ista τις ἀνήρει irrepsisse in contextum e margine judicat, ubi quis, cum locum apud Persas extare non comperisset, ἰσ. (h. e. ἴσως) ἐν Νηρεῖ adscripserat.

ΝΗΡΗΙΔΕΣ.

I.

ΔΕΛΦΙΝΟΦΟΡΟΝ. In Anapæsticos, monom. et dim. eat. dividit Pauw.

Δελφινοφόρον
Πέδιον πῶς διαμειψάμεναι.

Sed longe melius Cod. Augustiani subsidio restituit Valcken. ad Phœniss. l. l.

Δελφινοφόρον πόντου πέδιον
Διαμειψάμεναι—

III.

ΚΑΜΑΚΟΣ ΕΙΣΙ. Apud Schol. Pind. l. l. Κάμακος εἶσι, κάμακος γλώσσημα διπλάσιον conjungit Pauw., ut omnia sint Æschylea. Sed nullum inde sensum extrahere possis. Sejungenda certe sunt. Κάμαξ est *adminiculum, pertica, quæ vites suffulcit; contus, lignum hastæ.* Κάμακος εἶσι dixit Æschylus. Κάμακος γλώσσημα διπλάσιον Scholiastæ debetur, qui monet significationem verbi κάμακος duplicem esse, vel ut vitium adminiculum, vel ut hastam significet.

III.

ΥΨΟΥ ΤΕΛΟΣ. "Locus Hesychii ita constituendus: Ἐναροφόρος. σκυλοφόρος· ἐναροκτάντας δέ. ἐναροκτάντας φθογγόσκοτος ὕψου τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει. Αἰσχύλος ἐν Νηρηΐσιν. Οἱ ὑπομνηματισταὶ παρὰ τὸ, Οὐχ' ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. ἵνα ᾖ ὁ νοῦς· ὁ δὲ ἐναροκτάντας θάνατόν μοι ἐπικαυχώμενος, τὸ ἐκ τῶν θεῶν τέλος ὑψοῦ ἀπολείψει, τὰ τῶν ἀθανάτων ὕψη, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει. Grammaticus ἐναροφόρος explicat, et ἐναροκτάντας non explicat, quia subjicit Æschyli verba, quæ vocem exhibent, eaque ex Scholiis interpretatur. Nihil appositum magis. Sic ἐναροκτάντας δὲ convenientissimum est, ut sciunt qui Grammaticos triverunt. Descriptores id ignorantes, ἐναροκτάντας, quod bis pingendum erat non pinxerunt nisi semel: φθογγόσκοτος jactator vanus, miles gloriosus, qui nil nisi tenebras et mortem loquitur. Is arcte jungitur cum ἐναροκτάντας, qui ad mentem ὑπομνηματιστῶν est τῶν ἐνάρων κτάντης *exuviarum interfector*, qui mortuos occidit, non vivos; homo malus, cui objici potest illud Homericum ex Odyssea, Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει de mortuis accipiendum: ad mortuos, de quibus gloriatur, accedet etiam ipse. Adversarios et Orcum, ubi sunt adversarii, adibit aliquando. In verbis Æschyli metri Anapæstici vestigia cernis haud obscura." Hæc Pauw. qui sic loco desperato nullum adhibuit remedium. Nescio an ipse aliquid lucis afferre possim, sed in his tenebris erranti æquus lector ignoscet. Argumentum hujus fabulæ suspicor fuisse vel Patrocli vel potius Achillis interitum. Si Patrocli dixeris, Achillem, ut apud Homerum, solatur Thetis cum Nereidibus, e quibus Chorus constat, unde nomen tragœdiæ. Si Achillis, Thetidi adsunt in luctu Nereidum chorus. Primum Patroclo vulnus ab Apolline, vulnus itidem Achilli lethale ab Apolline Paridis sagittam dirigente inflictum erat. Hæc igitur vel Achillis vel Thetidis verba esse dicamus, de Apolline conquerentis, unde locus, si non plane restitui, saltem quoad sensum intelligi potest. Apollinem scil. cœlo relicto ad terras descensurum esse ut ad hostem Achillem vel Patroclum interficiendum et spoliandum veniat. Vox illa φθογγόσκοτος mihi perquam suspecta est, nec a Pauwio feliciter explicata. An legendum φθονερόσκοπος? ut ut illud fuerit, duabus illis vocibus ἐναροκτάντας φθογγόσκοτος hoc

fragmentum augeri debet. Ἀπολήψει corrupte pro ἀπολείψει scriptum erat.

IV.

Quartum hoc fragmentum, collatis Schol. Pindari verbis ad Fragm. II. delendum censet Pauw.

NIOBH.

I.

ỳ. 1. ΘΥΜΟΣ. Verba sunt Tantali. Locus est apud Plut. de Exil. p. 603. A. ubi ποθ' ἁμὸς male legitur. Sed hæc post Fragm. IV. subjicienda fuisse nos docet ibi Plutarch. Οὐκ ἀκούεις τοῦ Ταντάλου λέγοντος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκα ἡμερῶν ὁδὸν, Βερέκυνθα χῶρον, εἶτα μετ' ὀλίγον λέγοντος, Θυμὸς δέ ποθ' ἁμός κ. τ. λ.

II.

ΟΙΣ ΕΝ ΙΔΑΙΩι ΠΑΓΩι. Cum hæc aperte sint finis et initium Senarii, quis non miretur Pauwii Trochaicum e Strabone descriptum,

Οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴου βωμός ἐστι.

III.

ΣΙΠΥΛΟΝ ΙΔΑΙΑΝ ΑΝΑ ΧΘΟΝΑ. Σίπυλον, Ἰδαίαν χθόνα haud male correxit Botheus. Sed et legi possit Σίπυλον ἀν' Ἰδαίαν χθόνα.

IV.

ΕΝΘ' ΑΔΡΑΣΤΕΙΑΣ ΕΔΟΣ. Locum sic corrigit Pauw.

Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
Ἴδην τε· μυκήθμασι καὶ βρυχήμασιν
Ἔργῳ τε λαῶν πᾶν δ' ἐρέχθει δὴ πέδον,

vel πᾶν δ' ἐρέχθεται πέδον, vel πᾶν δ' ἐρέχθει γάπεδον. Hesych. Ἐρεχθομένη. σαλευομένη, ἐλαυνομένη, βαρυνομένη, ὑπὸ τῶν ἀνέμων ταρασσομένη. Ἔργῳ τε λαῶν opus rusticum et operis rustici murmur exprimere affirmat v. cl. Casauboni vestigiis insistens Heathius legit,

Ἴδη τε μυκήθμοισι καὶ βρυχήμασιν
Βρέμουσα μήλων, πᾶν δὲ χἀρέχθει πέδον.

Valcken. vero, ad Eurip. Hippol. ỳ. 746. sic legit,

Βερέκυντα χῶρον· ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος
Ἴδης ἐνὶ κτημοῖσι, καὶ βρυχήμασιν
Ὀργῶσι μήλων πᾶν [δ' ὀρεχθέει] πέδον.

Sed [δ' ὀρεχθέει] quod minime ipsi placuit et Casaubono imputandum est, uncinulis inclusit, haud injuria. Felicius rem gessisse videtur Toup. in Suid. Tom. I. p. 443. qui ὀρεχθεῖν verbum esse monet φωνῆς μιμητικὸν, et nunc de allisu maris ad terram, Theocr.

Idyll. XI. 43, nunc de terræ mugitu accipi. Locum igitur sic refingit,

> Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκ' ἡμερῶν ὁδὸν,
> Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
> Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
> Τέρπουσι μήλων, πᾶν δὲ κώρεχθεῖ πέδον.

Comparat item Virg. Æn. XII. 722.

> —*et gemitu nemus omne remugit.*

Et Addæum in Epigr. Antholog. p. 555.

> ——ὁ δέ που βαθίῃ ἐνὶ ποίῃ
> Μυκηθμοῖς ἀρότου τέρπετ' ἐλευθερίῃ.

Et Aristiam apud Athen. II. 19. p. 60.

Μύκαισι δ' ὀρέχθει (l. ὠρέχθει) τὸ λάϊνον πέδον. Porro Βερέκυνθα rectius habet Plutarch. de Exil. p. 603. A. et rursus in tractatu Philosophandum esse cum Princip. p. 778. B. nec prætermittendum est pro Ἕρπου, Ἕρπουσι exstare apud Strabonem.

V.

ỿ. 2. ΟΥ ΒΩΜΟΣ ΕΣΤΙΝ. Sed præter Mortis templum apud Gades, alterius apud Lacedæmonios meminit Plutarch. in Cleom. p. 808. Ἔστι δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις οὐ Φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ Θανάτου καὶ Γέλωτος καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερά. Cf. etiam Pitisci Lex. Antiq. in Mors; et Rob. Titii (h. e. H. Stephani) Loca Controvers. IV. 20. qui Orpheum citat in Hymno Mortis, et Virg. Æn. XI. 197.

> *Multa boum circa mactantur corpora Morti.*

Ubi vide enarratores et Servium.

ỿ. 3. ΟΥΤ' ΑΝ ΤΙ ΘΥΩΝ. Οὔτ' ἂν θύων τις οὔτ' ἐπισπένδων ναοῖς, vel cum Eustath. ad Il. ι'. p. 744. l. 3. Οὔτ' ἄν τι θύων οὔτ' ἐπισπένδων λάβοις, Pauw. sed prius magis Æschyleum putat. Mihi, cum Heathio, posterius metri et sensus causa magis placet. Idque diserte legit Schol. Homeri Ven. a Villoisono editus, ad Il. ι'. 158. p. 218., nisi quod levi errore ἐπισπεύδων. In versu autem proxime seq. ibi legitur Οὐδ' ἐστὶ βωμὸς, ut etiam apud Eustath. Quod vero subdit Pauw. "quæ sequuntur apud Schol. Soph. Electr. ỿ. 138. (Brunck.) et Suid. in Πάγκοινος, μόνος οὐ δέχεται γλυκερᾶς μέρος ἐλπίδος, Anapæstice scribenda esse,

> —μόνος οὐ δέχεται γλυκερᾶς
> Μέρος ἐλπίδος—

et an ipsa quoque ab Æschylo profluxerint incertum esse, et primum hujus fragmenti versum ab Aristophane ideo forte adductum esse ut Æschylum derideret, qui Θάνατον fecisset Deum," id nimis temere, ne dicam inscite dictum est.

VI.

ΚΑΙ ΔΟΜΟΥΣ ΑΜΦΙΟΝΟΣ. "Scholiastes Comici, Ἐκ Νιόβης Αἰσχύλου ἐξέῤῥιπται δέ τ' Ἀμφίονος ἐκ μονῳδίας. Unde apparet ex monodia Amphionis ista desumpta esse, atque adeo errare viros eruditos qui verba Æschyli ita constituunt: nam *Amphion* non poterat dicere se *Amphionis* ædes combusturum esse. Distinguendum post δόμους, ut Ἀμφίονος πυρφόροισιν αἴνοις copuletur, et μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους cohæreat quoque una. Πυρφόρους αὐτὰς dixerat Amphion in monodia: eos Ἀμφίονος αἴνους πυρφόρους ideo vocat Comicus: atque hoc Æschyleum: De aliis dubitari potest, neque definire velim quæ Æschylea sint: Amphionis enim monodiam et œconomiam Dramatis non teneo." Hæc Pauw. Locus Scholiastæ forte leviter corruptus est, quin et initium senarii ex Aristophane huc referri forte debet, ut legatur

Μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἀμφίονος
Καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἴνοις.

Jam si apud Schol. legamus, ἐξέῤῥιπται δὲ τὸ Ἀμφίονος ἐκ μονῳδίας, erit, me judice, aliquanto clarior; q. d. vocem illam Ἀμφίονος e monodia unde cætera desumpta sunt ejectam esse, atque ibi non comparere.

VII.

ϒ. 2. ΕΠΩΖΕ. Dubitat Pauwius an vera sit Hesychii interpretatio verbi ἐπώζειν, metaphorice pro ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς ἐπικαθῆσθαι positi; ipsam enim metaphoram durissimam, et verbum ipsum ἐπώζειν pro ἐπωάζειν durissime poni existimat. Recte illud quidem; sed miror eundem dubitare potuisse de sua ipsius interpretatione, hoc verbum ab interjectione ὦ, ὦ, repetita, verissime deducentis. Eo usus est noster Eum. ϒ. 124. Similia sunt ὀτοτύζειν Agam. ϒ. 1083. φεύζειν Ag. 1317. αἰάζειν quod passim legitur, et quædam alia.

VIII.

ΟΙΣΤΡΟΙΣ. Ἴστρος recte legitur apud Priscian. in Notis Stanl. ut monuit Heath.

IX.

ΚΑΚΑΛΑ. Eundem forte locum respexerit Photius in Lexico. Κάκαλον· τεῖχος.

X.

Nescio an Æschyli fragmentum lateat in verbis Eustathii. Ὁ Σικυώνιος γραφεὺς Σημάνθης, τὴν ἐν Αὐλίδι γράφων σφαγὴν τῆς Ἰφιγενείας, ἐκάλυψε τὸν Ἀγαμέμνονα. Ὅπερ καὶ Αἰσχύλος μιμησάμενος, τήν τε Νιόβην καὶ ἄλλα πρόσωπα ὁμοίως ἐσχήματισε. Σκωπτόμενος μὲν ὑπὸ τοῦ κωμικοῦ, ἐπαινούμενος δὲ ἄλλως, διὰ τὸ τῆς μιμήσεως ἀξιόχρεων. Οὐ γὰρ μόνον βλέπεσθαι ἀπαξιοῖε (l. ἀπαξιοῖτο) ἐν ἄκρᾳ θλίψει, ἀλλ' οὐδὲ βλέπει (l. βλέπειν) ὡς οἷα νύκτερον βίον αἰρούμε-

νος ἢ καὶ ὑπέγαιον. Posteriora hæc forte locum, si non et ipsa verba Æschyli respiciunt, et inde colorem trahunt.

XIII.

Tertium decimum fragmentum retulit Stanl. in Notis. Vide etiam Hesych. in Ἥμερος. De liberis Niobes Cf. Gisb. Cuper. Obbs. III. 17.

XIV.

In hac fabula Œagrum egisse docet Schol. Aristoph. Vesp. ℣. 577.

Κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν
Ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας.

Schol. Ὅτι τραγικὸς ὑποκρίτης ὁ Οἴαγρος εἴρηται πρότερον· ὡς θαυμάζων δὲ αὐτὸν φησιν· ὅτι κἂν ἐκεῖνος ὁ μέγας καταδικασθῇ. Ἐκ τῆς Νιόβης δέ. Καὶ γὰρ ὑπεκρίθη τὴν Νιόβην, ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου.

XV.

Vide ad Fragm. INCERTA, XXVII.

ΞΑΝΤΡΙΑΙ.

I.

ΕΚ ΠΟΔΩΝ. Ex hoc fragmento apud Suidam discimus argumentum tragœdiæ fuisse Penthei interitum. Duo personæ erant Λύσσα, Rabies, quæ hæc dicit, et Pentheus. Ξάντριαι, quæ Penthea ἔξαινον erant Bacchæ. Idem fragmentum in eadem Voce cum eadem quoque glossa exhibet Phot. Lex.

III.

ΚΑΜΑΚΑΣ. Plenum Anapæsticum e Polluce recte adfert Pauw.

Κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι.

Perticæ piceæ arboris ignitæ, h. e. tædæ. Porro Stanl. conjecturam ἐν Ξαντρίαις totidem literis habet Codex Pollucis Vossii, quod monuit Bentl. in Epist. ad Mill. p. 58.

V.

Πεμφιξ. Phot. Lex. in Voce. Πέμφιξ. πνοή· Αἰσχύλος Ξαντρίαις, ἐπὶ τῶν ἀκτίνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Cf. Fragm. Inc. CXLV.

ΟΠΛΩΝ ΚΡΙΣΙΣ.

Tituli meminit Aristot. Poet. c. 38. Ed. Tyrwh. *Armorum judicium* apud Latinos docuerunt Nævius, Attius, et Pomponius Secundus.

I.

ΑΛΛ' ΑΝΤΙΚΛΕΙΑΣ. Verba sunt Ajacis, ni fallor, ad Ulyssem, originem ejus a Sisypho non a supposititio ejus patre Laerte deducentis. Cf. Schol. Soph. ad Ajac. ý. 190. [Ed. Brunck.] qui non solum hoc Æschyli fragmentum sed et alterum ex Sophoclis ΣΥΝΔΕΙΠΝΩι conservavit,

Ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
Ἔνδηλος ἦν σοι πανταχοῦ, μητρὸς φθορεύς.

Cf. etiam Eurip. Cycl. ý. 102.

III.

ΤΙ ΓΑΡ. Emendationem Pauwii Τί γὰρ βίον ζῆν καλὸν ὃς λύπας φέρει, vel Stanleianæ vel Grotianæ nemo certe prætulerit, nisi qui καλὸν apud tragicos, prima producta, ferre potest. Mihi lenior videtur emendatio Stanl. quam Grotii, eamque idcirco amplector, et mecum facit Heath.

IV.

ΧΟΡΟΝ. Χορῶ mavult Valcken. ad Ammon. p. 164. sed χορῶν Heath. ipso præeunte Aristophane, qui sic παρῳδεῖ

Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπαΐδων κορᾶν.

Mihi præplacet emendatio Valcken. cum quia simplicior, tum quia numerosior ob vitatum ὁμοιοτέλευτον.

ΟΣΤΟΛΟΓΟΙ.

Tituli hujus fabulæ meminit Phot. Lex. in Voce. Ὀστόλογος· παρὰ Ἐπιλύκῳ· Καὶ δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστόλογοι.

I.

ΑΓΚΥΛΗΤΟΥΣ ΚΟΤΤΑΒΟΥΣ. Plenius fragmentum exhibuit Stanl. in Notis, cum felicibus et ipsius et Is. Casaub. emendationibus, unde loco corruptissimo tantum non plena lux effulsit. Pauwii commenta ita sunt absurda ut ea libenter prætermiserim. Locum Casauboni vestigiis insistens sic edidit Heath.

Εὐρύμαχος οὐκ ὅδ' ἄλλος οὐδὲν ἥσσονας
Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἀνεικτέους ἐμοί.

Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοτταβεῦντ' ἀεὶ σκόπος
Τῆ γ' ἀγκυλήτη κοττάβε τὐμὸν κάρα.
* * * * * ἐκτιμῶν
* * ἥβῶσα χεὶρ ἱφίετο.

Duos ultimos versiculos recte disposuisse videtur Heathius, sed in priori legendum ἐκ τ' ἐμῶν cum Stanl. in curis secundis. Sed et præivit S. Petit. in Miscell. VII. 13. qui fabulæ argumentum ex Odyssea trahendum esse monuit, ipsamque epigraphen ab Iro et Ulysse stipem procos rogantibus deducendam, qui enim stipem emendicabant videbantur quasi ossa legere. Emendationem loci a Petito propositam ut minus concinnam, prætermitto, in hoc tamen verum perspexisse videtur v. cl. quod caput Ulyssis tanquam Manis (cf. Athen. l. l.) pro scopo propositum dixerit. Eundem locum, ni fallor, respexit Schol. Lycophr. ý. 778. Πληγαῖς ὑπείκων καὶ βολαῖσιν ὀστράκων. Ubi Schol. Παρ' Αἰσχύλῳ φαίνεταί τις τὸν Ὀδυσσέα τύψας ὀστράκῳ, ἐ μὴν παρ' Ὁμήρῳ· παρ' Ὁμήρῳ γὰρ φέρεται ὁ Ὀδυσσεὺς βοὸς ποδὶ πληγεὶς ὑπὸ Κτησίππε, ὑποποδίῳ δὲ κατ' ἐμοι ὑπ' Ἀντινόε. Cf. etiam Toup. in Suidam. Tom. II. p. 472. Eustath. ad Il. β'. p. 344. l. 22. ὅτι ἰστέον καὶ ὅτι ἀγκυλὴ ἐ μόνον ἡ ἀνωτέρω ῥηθεῖσα, ἀλλὰ καὶ ἡ καμπὴ τῆ ἀγκῶνος· καὶ ποτηρίε γένος χρήσιμον εἰς κοττάβες· παρὰ τὸ ἀγκύλον, τὸ ἐπικαμπὲς, καὶ στρεβλὸν καὶ σκόλιον καὶ ἐπικεκλασμένον· ἠγκυλεῦν γὰρ, φασι, τὴν δεξίαν, οἱ τὲς κοττάβους προϊέμενοι, κυκλεῦντες αὐτήν· ὡς δὴ κοττάβες ἀγκυλητὲς Αἰσχύλος ἔφη. Ἀγκυλητὲς κοττάβους citat etiam Schol. Aristoph. ad Pacem ý. 1243. ubi abraso sinistro brachio τῆ Τ male legitur ἀγκυληγὲς. Cf. locum, et quæ ad ý. 342. ejusdem Comœdiæ, quæ hoc ludi genus plenius describunt.

II.

Testa aliquis Ulyssem percussit. Schol. Lycophr. ý. 778. Vide notam superiorem.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

I.

Τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης;

Αἰσχύλος Παλαμήδη. Schol. Homer. Venet. a Villoisono editus, ad Il. Δ'. 319. p. 120. Verba sunt Nauplii ad Ulyssem, vel forte Agamemnonem.

II.

Huc refer Fragm. Incert. XLVI. Vide quæ ibi annotata..

ΠΕΝΘΕΥΣ.

ΒΑΛΗι. Βάλης Pauw. Heath. qui id quoque apud Galenum scriptum monet—Immo, et πρὸς παῖδῃ quod edidit Bentl. in Epist. ad Millium p. 59.

ΠΕΡΡΑΙΒΟΙ.

I.

ΤΟΙΣ ΚΕΡΑΣΙ. Quia τοῖς a Stanleio additum erat ut senarium compleret, Trochaicos plane ἀμέτρως, pari inscitia qua supra in Niobes Fragm. II. hic quoque confingit Pauw.

——ἀργυρηλάτοις
Κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

Deest utique vocula, quam frustra quæsiveris. Ejus locum satis supplet articulus a Stanleio additus, quanquam et Κέρασίν τε et Ἐν κέρασι scribi potest. Sed miror Heathium, rejecta voce χρυσᾶ ne articulum admitteret, ad Trochaicos etiam redigere voluisse Pauwianis vix numerosiores.

——ἀργυρηλάτοις
—κέρασι στόμια προσβεβλημένοις.

An ultimam in κέρασι pro correpta ante σ habuit vir cl.

II.

ΑΠΑΙΟΛΗ. Versum integrum conservavit Eustath. ad Il. Β'. p. 353. l. 23., eumque inter fragmenta a Stanl. prætermissa retulit Pauw. Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος αἰόλλω καὶ ἀπαιόλη γίνεται, ἡ ἀπάτη καὶ ἀποστέρησις. Αἰσχύλος,

Τίθημι αἰσχρὸς χρημάτων ἀπαιόλῃ.

Malim αἰσχρῶς. Eadem voce utitur Aristoph. Nub. ý. 1149.

ΠΕΡΡΑΙΒΙΔΕΣ.

ΣΚΥΦΩΜΑΤΑ. Λέγει δὲ [Ἀρίσταρχος] καὶ ὡς Αἰσχύλος μὲν σημαίνει τὸ σκεῦος ἐν τῷ, Ποῦ χρυσότευκτα κ'ἀργυρᾶ σκυφώματα Eustath. ad Odyss. Ο'. p. 1775. l. 21.

ΠΗΝΕΛΟΠΗ.

Huc forte pertinuisse credit Pauw. quod tradit Tzetzes ad Lycophr. ý. 778. Sed vide locum a nobis in ΟΣΤΟΛΟΓΟΙΣ citatum.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΛΥΟΜΕΝΟΥΣ.

XV.

Fragmentum addit Pauw. inter omissa a Stanl. ex Eustath. ad Il. Ε'. p. 600. Σχίσματα γάρ τινα καὶ θύσανοι· ὅθεν ἀρειθύσανοι κατὰ Παυ-

σανίαν, Ἄρειος θύσανοι, οἱονεὶ ἀποσχίσματα παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ. Subdit Pauw. "Vicinum est Hesychii Ἀριθύσανοι, ἡνίοχοι et non diversum fortasse: Nota illud κατὰ Παυσανίαν."

XVI.

Herculis sagittam, qua aquilam quæ Promethei jecur exedit interfecerat, inter sidera relatam esse tradit Hygin. II. 15.

XVII.

Plutarch. in vita Pompeii p. 619. B. Πρὸς δὲ Πομπήϊον ἔοικε τοῦτο παθεῖν ὁ Ῥωμαίων δῆμος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς πρὸς τὸν Ἡρακλέα, σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ λέγων,

Ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον.

Hæc itaque erant in fine fabulæ.

XVIII. XIX. XX.

Huc transfer ex Incertis LVI. LVII. LVIII.

ΠΡΩΤΕΥΣ.

I.

ỷ. I. ΣΙΤΟΥΜΕΝΟΝ. Σιτουμένην scribendum erat, sed nos prætervidimus. Mox δύσθανον exhibet Athen.

ỷ. 2. ΜΕΣΑΚΤΑ ΠΛΕΥΡΑ ΠΡΟΣΠΤΥΟΙΣ ΠΕΠΛΕΓΜΕΝΗΝ. Μέσαν τὰ πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπλεγμένην voluit Casaub. in loco Athenæi. Contra, vulgatam tuetur Pauw. qui μέσακτα *in medio fracta*, a μέσος et ἄγω deducit, προσπτύοις *adspuas* vertit, ac totum locum sic interpretatur. *Adspuas infelicem et miseram phaba, irretitam latera in medio fracta, dum cibum quærit.* Sententiam hujus fragmenti incertam vocat Heath. sed Casauboni emendationem, πρὸς πτύοις, apud ventilabra, contra Pauwium defendit. Priorem versum pulchre, secundum non admodum infeliciter restituisse videtur Botheus,

Σῖτον μὲν ὂν δύσηνον, ἀθλίαν φάβα,
Μεσάτια πλευρὰ προσπτύοις πεπλεγμένην.

Cibum quidem infelicem, miseram phaba per media latera percussam, spreveris.

II.

ΑΕΛΙΠΤΟΙ. Vel ἄαπτοι, vel ἄληπτοι cum Hesychii editoribus legendum, ex ipsius glossa patet.

III.

ΑΜΑΛΑ. A nominativo ἄμαλς deducit Pauw. et pro Ἄμαλα apud Etymol. in Voce Ἀμάλιος, ἄμαλα reponendum censet; locum Etymologici, qui nunc legitur, Ἀμάδιος· ἄμαδα τὴν ναῦν Αἰσχύλος, ἐπιῤῥηματικῶς, ἅμα τῷ προσελθεῖν· ἀπὸ τοῦ ἅμα ἀμάδιος, sic emendans; Ἄμαλα, τὴν ναῦν Αἰσχύλος. Deinde articulo novo, Ἀμάδιος, ἐπιῤῥηματικῶς, ἅμα τῷ προσελθεῖν κ. τ. λ.

IV.

ΕΠΑΣΩ. A πάομαι scil. in Aor. Med.

ΣΑΛΑΜΙΝΙΑΙ.

IV.

ΑΝΗΡΗΣ. Absurde Pauw. ab *α bene* et ἀρῶ *apto*, deducit, q. d. *bene compositus, bene adaptatus,* cum planissime sit ab ἀνὴρ ut ex glossa patet.

V.

Quinto nos fragmento locupletavit Herodiani liber MS. περὶ διχρόνων, apud Brunck. in Lex. Sophocl. voce Φᾶρος, ubi legitur, ἀναλογώτερον ἐστι τοῦ ἐκτείνοντος τὸ α, ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ ἐν Σαλαμινίαις,

Ἐμοὶ γένοιτο φᾶρος ἶσον οὐρανῷ

quem locum tamen corruptum judicat Pors. ad Orest. ℣. 9.

ΣΕΜΕΛΗ.

Tit. Plenus titulus erat ΣΕΜΕΛΗ Ἢ ΥΔΡΟΦΟΡΟΙ. quod discimus ex Schol. Hom. Venet. ad Il. Δ'. 310. p. 120. Αἰσχύλος . . . . ἐν Σεμέλῃ ἢ ὑδροφόροις. Chorus forte constabat e Virginibus urnas ferentibus.

II.

ΑΣΤΕΡΚΤΑ. Hesych. Τὰ οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι. Ex hac interpretatione legendum videtur ἄστικτα, ut emendaverunt Critici.

III.

Cf. Joan. Meurs. Græc. Feriat. in Voce Ἀμφιδρόμια.

IV.

Huc refer ex INCERTIS Fragm. CLIII.

V.

Αἰσχύλος . . . . ἐν Σεμέλῃ ἢ ὑδροφόροις.

Ζεὺς ὃς κατέκτα τοῦτον. Verba sunt cujusdam, forte nutricis, de Baccho cum Semele ἐμβρεοντήτῳ. Vide Fragm. I.

ΣΙΣΥΦΟΣ.

ΦΕΡΕΙΝ. Post φέρειν plene distinguit Jungermannus ad Pollucem, proximum versum interrogative legens, probante Pauw. qui quærit an forte hoc drama fuerit Satyricum, cui titulus Σίσυφος δραπέτης, quod præter titulum suadere videtur color Fragmenti III.

II.

ΙΔΟΥ ΣΤΑΘΜΟΥΧΟΣ ΕΚΚΑΤΗΛΛΩΝ ΦΩΣ ΑΘΡΕΙ. In Edit. Pollucis Hemsterhusiana editur,

Σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὖ κατιλλώψας ἄθρει.

quod Pauwio non displicet. Sed et mox legendum proponit,

Ἰδοὺ σταθμοῦχος ἐγκατίλλων φῶς ἀθρεῖ.

Quam lectionem omni sensu carere affirmat Heathius, emendatione Tib. Hemsterhusii contentus, quam sic interpretatur; *Tu vero familias pater, apte adductis oculorum palpebris, adspice sodes.*

III.

ΑΛΛ' ΑΡΟΥΡΑΙΟΣ κ. τ. λ. Trochaice scribit Pauw. ut vulgo legitur apud Ælian. Hist. Anim. XII. 5.

Ἀλλ' ἀρουραῖός τις ἐστὶ σμίνθιος ὧς δ' ὑπερφυής.

recte, modo scripsisset Σμίνθιος, ut dactylus non peccaret in proprio nomine. Sed, ut mihi videtur, præstaret σμίνθος.

V.

ΑΜΒΩΝΕΣ. Hesych. Ἀμβῶνες· αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Αἰσχύλος Κερκύωνι καὶ Σισύφῳ. Junge Erotian. in Ἄμβην p. 18. Καὶ γὰρ οἱ Ῥόδιοι ἀμβῶνας καλοῦσι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Αἰσχύλος καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσι.

ΣΦΙΓΞ.

ΣΤΕΦΑΝΟΝ. Στέφανος Grot. Tribus modis hæc tentat Pauw.

A. Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος; B. Ἀρχαῖος· στέφος

Δεσμῶν ἄριστον ἐκ Προμηθέως λόγου.

Vel absque dialogo,

> Τῷ δέ ξένῳ γε στέφανος ἀρχαῖος· στέφος
> Δεσμῶν ἄριστος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Et ad λόγου subaudit ἱερῦ, ad λόγους ἱερὺς alludens. Sed nihil mutandum præter ἄριστος in ἄριστον. Vide Pr. Solut. Fragm. XI. Not. Varr.

II.

ΣΦΙΓΓΑ. Bene monet Pauwius hæc usque ad πέμπει e Sphinge desumta esse, reliqua ex Agamemnone; nam sic Aristoph. Schol. hoc modo legendus: Σφίγγα δὲ δυσαμερίαν—ταῦτα δὲ ἐκ τῆς Σφιγγὸς Αἰσχύλου. Θούριος δὲ ὄρνις, ἡ πολεμοῦσα Θηβαίοις τύχη, τό τε ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι, ἐξ Ἀγαμέμνονος ἐκ τῆς κ. τ. λ. Sed et ad Agamemnonem pertinebat etiam πέμπει, unde quæ a Sphinge servantur initium faciant versus Hexametri,

> Σφίγγα δυσαμερίαν πρύτανιν κύνα.

III.

ΚΝΟΥΣ. Ad locum Hesychii a Stanl. allatum addendum erat, τινὲς δέ φασιν Κνοῦν μὲν ἦχον, χνόην δὲ μέρος τῦ ἄξονος ἢ χοίνικος.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Telephum scripserunt Ennius et Attius, sed utrum Æschylum an Euripidem transtulerint non liquet. Attius plerumque Æschylum secutus est.

III.

Schol. Aristoph. Acharn. ✝. 331. Ψίαθον ἀνθράκων προσειλήνοχεν ὅν φασι παῖδα εἶναι τῶν Ἀχαρνέων πάνυ κωμικώτατα. Τὰ γὰρ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει τῆς τραγῳδίας, ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος, κατὰ τὸν τραγῳδοποιὸν Αἰσχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σωτηρίας, τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβών.

IV.

Vide ad Iphig. Fragm. III.

ΤΟΞΟΤΙΔΕΣ.

I.

ΑΔΩΝ. Hos duo versus male a Salmasio emendatos esse censet Pauw. ipse quidem refingens ad hunc modum,

> Ἄδων τάδ' ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
> Λέκτρων, ἄνειμι (vel ἄπειμι) βλεμμάτων γ' ἐπήβολος.

H. e. Heathio interprete; *Hæc canens virginibus a toro nuptiali*

puris, abeo, ut illæ me intuerentur adeptus; aut, *quid eorum aspectu significetur callens.* Aliter tentavit Valcken. ad Phœniss. ℣. 953.

Γάμων γὰρ ἁγναῖς παρθένοις, γαμηλίων
Λέκτρων ἀπειθὴς, βλεμμάτων ῥίπτει βολή.

Puris enim virginibus, nuptialem torum aversata, declinatur oculorum acies. In quibus Heathium haud injuria offendunt γάμων et γαμηλίων λέκτρων, idem prorsus significantia, in eadem sententia posita, tum phrasis illa λέκτρων ἀπειθὴς, pro *torum aversata*, et ipse color sententiæ. Itaque sic potius rescribit,

Αἰδὼς γὰρ ἁγναῖς παρθένοις, γαμηλίων
Λέκτρων ἀπείροις, βλεμμάτων πρέπει βολῇ.

Pudor enim apud puras virgines nuptialis tori inexpertas, oculorum intuitu manifeste se prodit. Ad locum illustrandum contulit Th. Gataker. (Advers. Miscell. Posth. c. X. p. 503.) Apollon. Rhod. de Hypsipyle Jasonem excipiente, Argonaut. I. 790.

——ἡ δ' ἐγκλιδὸν ὄσσε βαλοῦσα,
Παρθενικὰς ἐρύθηνε παρειὰς.

Et quod de pube Spartana Xenoph. de Laced. Rep. p. 679. Σιγῇ μὲν πορεύεσθαι, παραβλέπειν δὲ μηδαμοῖ, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν ὁρᾷν. Vide ibi plura. Totum locum sic emendat Toup. in Suid. Tom. III. p. 135.

Κάτω γὰρ ἁγναῖς παρθένοις, γαμηλίων
Λέκτρων ἀγεύστοις, βλεμμάτων ῥέπει βολή.

Κάτω ῥέπειν virginalis est verecundiæ, ut bene monet vir cl. qui κάτω ὁρᾷν citat ex Ælian. Varr. Hist. XII. 1., ῥεψάσης μὲν κάτω ψυχῆς ex Synes. de Insomniis p. 142., et σιωπῶντος καὶ κάτω βλέποντος ex Plutarch. de Orac. Defect. Tom. II. p. 411. Et hæc quidem emendatio præ cæteris, alioqui satis ingeniosis, mihi placet.

II.

℣. 1. ΝΕΑΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ. Hæc verba Plutarchi, non Æschyli esse censet Pauw. Sed bene monet Heath. ne levissimam quidem fuisse causam cur ita putaret vir cl. et hæc ipsa verba bis a Plutarcho Æschylo diserte tribui, nempe De Prof. in Virtut. sentiend. p. 81. et in Amatorio p. 676. Porro ut hoc fragmentum cum præcedente melius cohæreat cum Gatakero legit γυναικος δ'.

ibid. ΟΥ ΜΕ ΜΗ ΛΑΘΗι. Vide Diog. Laert. IX. Segm. 42, in Vita Democriti, de quo narrat, eum, κόρης ἀκολουθούσης τῷ Ἱπποκράτει, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀσπάσασθαι, χαῖρε κόρη· τῇ δὲ ἐχομένῃ χαῖρε γύναι. Καὶ ἦν ἡ κόρη τῆς νυκτὸς διεφθαρμένη. Qua de re plura videas apud Gataker. de Stylo Nov. Instr. c. II. p. 80. et Advers. Miscell. p. 503.

℣. 2. ΓΕΓΡΥΜΕΝΗ. Sic Stanl. et Grot. pro γεγευμένη sed errorem correxit ipse Stanl. in Notis. Γεύεσθαι hic est, *virum experta*.

ỳ. 3. ΤΟΥΤΟΥ. Τούτων recte Toup. in Suid. loco ad prius fragmentum citato.

ibid. ΙΠΠΟΓΝΩΜΟΝΑ. Argutatur hic Pauwius dum Salmasio more suo obloquitur, quasi is θυμὸν ἱππογνώμονα equo, non ei qui equum inspicit, tribuisset. In eadem enim interpretatione cum Salmasio ipse consentit, *Animum habeo quo fœminarum lasciviam probe dignosco.* Hesychium autem advocat, ἱππογνώμων· ἵππους διαγινώσκων εὐγενεῖς ἢ μή, quæ quidem interpretatio, ut viro cl. videtur, non est aliena ab his Æschyleis quæ τὴν ἀνδρὸς γιγνωμένην commemorant. Cum Pauwio contrà Salmasium facit etiam Heath. Salmasii interpretatione vel minus perpensa vel minus intellecta. Sed Salmasium tuetur Gataker. Advers. Miscell. p. 504. Cf. etiam Hoogeveen. ad Viger. de Idiotism III. 5. p. 7.

III.

ΠΕΖΟΦΟΡΟΙΣ ΖΩΜΑΣΙΝ. "*Oraria* quid essent docuit nos ad h. l. Casaubonus; cum vulgo ejus vocis notio etiam doctissimis esset ignorata. Ego unde dicta sint dicam. *Orarium* est vel segmentum vel lorum quod ad *oram* vestis assuitur, atque inde orario nomen, quæ vox fasciam vel institam significat; non igitur ab *ore*, sed ab *ora* vestis cui adnectebatur. *Oram* vestis Græci πέζαν vocant; unde πεζοφόροι χιτῶνες Æschylo. Fasciam autem vel zonam, quæ adponebatur ornamenti gratia, ad illam extremam oram, πέζιλον Græci nuncuparunt, quod ad verbum est *orarium*." Salmas. in Vopiscum p. 409. Idem vero p. 397. πεζοφόρος χιτών, *tunicam talarem* interpretatur, citatis non solum hoc Hesychii sed duobus Pollucis locis. "αἱ δὲ παρὰ τὰς ὤας παρυφαὶ καλοῦνται πέζαι καὶ πεζίδες, καὶ περίπεζα τὰ οὕτως περιυφασμένα. Οἱ δὲ πεζοφόροι χιτῶνες, ἢ οἱ ποδήρεις ἢ οἱ πέζας ἔχοντες. Et rursus, τόδε ζῶμά ἐστι μὲν ἐπιτήδειον ἐνδῦναι, πέζας δὲ ἔχει ὡς Αἰσχύλος δηλοῖ πεζοφόρα ζώματα ἀποκαλῶν. Πεζοφόρα alii in Æschylo *talares* interpretabantur. Hesych. Πεζοφόροις ζώμασι κ. τ. λ. (Vide Not. Stanl.) Sic πεζοφόρος χιτὼν Græcis tunica est quæ πέζας, hoc est pannos et institas per extremam oram subsutas habet, et quæ ad talos usque demissa est. Tales erant Romanarum matronarum tunicæ; talares scil. et institis ornatæ. Horat. Sat. I. 2.

Quarum subsuta talos tegit instita veste."

Hæc ille. Vide ibi plura.

ΤΡΟΦΟΙ.

I.

ΔΙΚΡΑ. Hesych. Δίκρα ὄψις· ἡ διπλῆ. Αἰσχύλος Τροφοῖς. Δίκραιρα ὄψις, ἡ διπλῆ conjecit Toup. in Hesych. Tom. III. p. 210. juxta Apoll. Rhod. IV. 1613.

Αὐτὰρ ὑπαὶ λαγόνων δίκραιρά οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα
Κήτεος ἀλκαίη μηκύνετο——

Ubi Schol. Διπλῆ· Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Τρίτωνος οὐρά, διῃρημένη εἰς δύο. Sed

pro δίκρα, δίκερα conjecit idem vir cl. Tom. IV. p. 165. ex Ptolem. Hephæst. p. 324. Edit. Gale, ἣν καὶ δίκεραν καὶ ὀξυωπεστάτην φασὶ γενέσθαι.

II.

Hesych. Πεδοίκου χελιδόνος· συνοίκου, Αἰσχύλος Τροφοῖς. Πεδοίκου scil. pro μετοίκου.

III.

Ἑψιοῦσα. Phot. Lex. in Voce. Ἑψιοῦσα· τροφὰς ἀλδοῦσα χόνδρου. καὶ τὰ ἑψητά. Αἰσχύλος ἐν Τροφοῖς. Βιοτὴν αὔξιμον ἑψιοῦσα, Ἱππῶναξ.

ΥΨΙΠΥΛΗ.

Ὑψιπύλῃ ἐν ὅπλοις volunt nonnulli, sed perperam, prava interpunctione decepti apud Schol. Apollon. I. 773. q. v. in Notis Stanl. ad fragmentum sequens.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Auctor Argumenti Philoctetis Sophoclei: Κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἡ μυθοποιΐα. Philoctetem scripsit Attius, quem potius crediderim Æschylum quam Sophoclem transtulisse.

I.

ΠΟΤΙ ΜΕ. Cum hoc sit a Grotio apud Stob. locum sic potius ad vulgatam scripturam revocandum esse censet Pauw.

Ὦ θάνατε παιὰν μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν,

cujus versus constructionem cum non perspexisset Heathius (videtur enim vertisse, *O mors opifera ne dedigneris ad me venire*, cum vertendum erat, *O mors opifera ne dedigneris quin ad te veniam*) invenuste legit, Ὦ θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς, μόλοις. Παιὼν habet Edit. Stob. Oporin. et mox post μόνος omittit γάρ.

℣. 3. ΝΕΚΡΩΝ. A Grotio hoc quoque, sed νεκροῖς e Stob. revocavit Pauw. ut ἅπτεται non sit *tangit*, sed *annectitur, adhæret*, ἀνάπτεται. Νεκρῶν vero recte prætulit Heath.

II.

℣. 1. ΤΙΣ Δ' ΑΝ ΓΕ. Exstat hoc apud Plutarch. An seni sit gerenda resp. p. 789. A. ubi τίς δ' ἄν σε legitur, quod recte prætulit Pauw. Posterius etiam hemistichium iterum legitur in Solone p. 89. E.

℣. 2. ΩΣ. Vel pro οὕτως, quod ad præcedentia referendum, ut hæc ironice dicantur, vel interrogative hæc legenda censet Pauw. Ὡς autem non pro οὕτως sed pro ὥστε positum esse recte docet Heath.

IV.

ʼΩ ΘΑΝΑΤΕ ΠΑΙΑΝ. Hoc ad primum fragmentum referendum esse monuit Pauw. Citatur, sine auctoris nomine, a Max. Tyr. Dissert. XIII. Segm. 5. Ed. Davis. una cum Fragm. IX.

Ὦ πῦς, ἀφήσω σε;

ὁ Φιλοκτήτης λέγει. Ἄνθρωπε, ἄφες, καὶ μὴ βόα, μηδὲ λοιδορῦ τοῖς φιλτάτοις, μηδὲ ἐνόχλει τὴν Λημνίων γῆν.

Ὦ θάνατε Παιάν,

εἰ μὲν ταῦτα λέγεις ἀλλαττόμενος καχὸν κακῦ, ἐκ ἀποδέχομαι τῆς εὐχῆς.

V.

ΦΑΓΕΔΕΙΝΑ, Η ΜΟΥ. Φαγέδαινα scribendum erat, quod edidit Stanl. in Notis. Φαγέδαινά γ' ἥ μυ, vel Φαγέδαινα δή μυ Pauw. ne versus hiet. Simplicius forte Φαγέδαινάν ἥ μυ. Φαγέδαινά γ' ἥ μυ, suo more, Heath. Porro hunc versum ab Euripide depravatum fuisse, qui pro ἐσθίει, θοινᾶται adhibuerat (scripsit itaque σάρκα non σάρκας) docet Aristot. Poet. c. 37. Ed. Tyrwhitt. Οἷον τὸ αὐτὸ ποιήσαντες ἰαμβεῖον Αἰσχύλῳ καὶ Ευριπίδῃ, ἓν δὲ μόνον ὄνομα μεταθέντος, ἀντὶ κυρίυ εἰωθότος γλῶτταν, τὸ μὲν φαίνεσθαι καλὸν, τὸ δὲ εὐτελές. Αἰσχύλος μὲν γὰρ ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε,

Φαγέδαινα, ἥ μυ σάρκας ἐσθίει ποδός.

Ὁ δὲ ἀντὶ τῦ ἐσθίει τὸ θοινᾶται μετέθηκε.

IX.

Nonum fragmentum e Max. Tyr. Dissert. XIII. Segm. 5. Ed. Davis. adducit Heath.

Ὦ πους ἀφήσω σέ.

Vide quæ ad Fragm. IV.

X.

Decimum fragmentum attulit Pauw. e Schol. ad Aristoph. Ran. ỷ. 1430.

Σπερχεῖε ποταμὲ, βύνομοί τ' ἐπιστροφαί.

ubi Schol. Ὑπὸ βοῶν κατανεμομέναι. Ἐστὶ δὲ ἐκ Φιλοκτήτυ Αἰσχύλυ.

XI.

Huc refer ex Incertis fragm. CXLII.

XII.

Ὀκόρνυς. Phot. Lex. in Voce. Ὀκόρνυς· τὺς πάρνοπας. Αἰσχύλος Φιλοκτήτῃ· οἱ δὲ Ἴωνες αττιλέσβυς. Ἀττελέβους ex Hesych. legendum monuit Schleusner. Πάρνοπες sunt locustarum genus.

ΦΙΝΕΥΣ.

Phineidas scripsit Attius, nescio an Nostrum secutus.

I.

ỳ. 2. ΕΡΡΥΣΙΑΣ. Ἔρυξας post Scalig. Grotius. Ἔῤῥυσας Casaub. Ἐῤῥύσαν, *evanuere*, Pauw. Ἐῤῥυσαν, *eripuerunt*, Harpyæ scil., Heath. qui et Dorismum abjicit e priori versu, legendo μάργωσις. Nec per se malum est, sed a ductu literarum paulo remotius, quod dedit Botheus, Ἔῤῥιψας, sed vel ἔρυξας vel ἔῤῥυσαν prætulerim.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

Phœnissas etiam scripsit Attius, qui nostrum sæpe transtulit, nescio an hic etiam.

I.

ΠΕΛΥΝΤΡΑ. Πέλλυτα apud Æschylum legisse Hesychium contendit Salmas. in Notis ad Æl. Lamprid. p. 221.

ΦΟΡΚΙΔΕΣ.

Tituli meminit Aristot. Poet. c. 32. Tyrwh.

I.

ΑΣΧΕΔΩΡΟΣ. Laudat etiam Eustath. ad Odyss. Υ'. p. 1872. l. 2. Ὁ δὲ σῦς ὡς καὶ αὐτὸ ἐν ῥητορικῷ κεῖται λεξικῷ, καὶ ἀσχέδωρος λέγεται. Φησὶ γάρ· Ἀσχέδωρος, ὁ σύαγρος Ἰταλιώτας.—χρῆσις δὲ φασιν ἀσχεδώρου παρ' Αἰσχύλῳ διατρίψαντι ἐν Σικελίᾳ καὶ εἰδότι. Φησὶ γάρ· Ἐδὺ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὡς—Athenæi verba sunt, Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκίσι παρεικάζων τὸν Περσέα τῷ ἀγρίῳ τούτῳ συΐ φησιν,

Ἐδὺ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὥς.

Ubi vide Casaub. Æschylum propter commorationem in Sicilia verbis Siculis sæpius usum fuisse supra memoravimus.

III.

Ἅρπην ἐξ ἀδάμαντος. Hoc fragmentum addidit Botheus ex Eratosthenis Catasterism. c. 22. Sed non tam videntur esse Æschyli verba ipsissima quam Eratosthenis rem ipsam ex Æschylo narrantis. Δοκεῖ δὲ καὶ ἅρπην παρ' Ἡφαίστου λαβεῖν ἐξ ἀδάμαντος, ὡς Αἰσχύλος ἐν Φορκίσι φησι, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής. Φορκύδας Γραίας εἶχον προφύλακας αἱ Γόργονες. Sed locum aliter distinguit Pauw. Hyginum secutus, ut

hæc posteriora Æschylo tribuat, priora, de Harpe, Eratostheni. Sic enim legit; δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ Ἡφαίστου ἅρπην λαβεῖν ἐξ ἀδάμαντος, Ὡς Αἰσχύλος ἐν Φορκύσι φησι, ὁ των τραγωδῶν ποιητὴς, Φορκίδας γραίας εἶχον προφύλακας αἱ Γόργονες. Sed ita scripsisset Eratosthenes, ὡς δὲ Αἰσχύλος, nec video quare aut hanc aut illam hujus narratiunculæ partem Æschylo deneges. Poterat ille quidem et Harpen Perseo a Vulcano datam, et Phorcidas Graias Gorgonum custodes commemorasse. Cf. item Prom. Vinct. ℣. 793. sq.

ΦΡΥΓΕΣ.

Hanc fabulam transtulisse videtur Ennius in *Lutris.*

I.

ΝΑΥΑΤΗΝ. Rectius ναυβάτην.

II.

ΚΑΙ ΤΟΥΣ. Hæc sic legit atque interpretatur Pauw.

Καὶ τοὺς θανόντας, εἰ θέλεις, εὐεργέτει.
Τὸ γοῦν κακουργεῖν, ἀμφιδεξίως ἔχει,
Καὶ μήτε χαίρειν, μήτε λυπεῖσθαι βροτοῖς·
Ἡμῶν γε κ.τ.λ.

"*Et mortuis si vis, fac bene: Illis enim facere male res anceps est, Et neque lætari neque tristari hominibus.* Casus tertius est appositus: τὸ κακουργεῖν νεκροὺς ἀμφιδεξίως ἔχει, καὶ τοῖς βροτοῖς ἐστὶ, μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι. Postrema ἀμφιδέξιον explicant. Distinguit tragicus inter bona et mala: Bona mortui sentire videntur: de malis dubitant homines sed non dubitant Dii: eos enim qui male faciunt mortuis pro mortuis puniunt." Hæc ille, quæ mihi, ut et Heathio, intellectu difficillima videntur. Vulgata sunt planissima, modo disjunctim legas Ἢ γοῦν. Tertius versus ut a Pauwio repræsentatur sic etiam legitur in Stobæo.

III.

ΜΟΡΩΝ. Huc pertinere videtur glossa Photii Lex. in Μόρον. Μόρον· τὸ συνάμενον, Αἰσχύλος. Citat etiam Eustath. in Il. Β′. p. 211. l. 17.

IV.

Annotationi Stanl. addendum est ex Hesych. Δίοπτοι γὰρ οἱ τῆς νεὼς φύλακες. Junge Erotian. in διόπτῃ.

VI.

ΔΙΑΠΕΦΟΡΟΥΡΗΤΑΙ. Recte Pauw. cum Hesychii commentatoribus pro φθορὰ, φρουρὰ reponit ad h. l.

VII.

ΕΠΙΣΤΡΟΦΑΙ. Occurrit etiam Sept. Theb. ỷ. 654.

IX.

Ad illud Aristophanis Ran. ỷ. 942.

Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα γ' ἄν τιν' ἂν καθίσεν ἐγκαλύψας,
Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς.
Πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί.

Schol. Ὡς αὐτοῦ εἰσφέροντος ἐν δράμασί τινα κεκαλυμμένον· ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπιγραφομένῳ Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις. Οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. Ἄλλως· Εἰκὸς τὸν ἐν τοῖς Φρυξὶν Ἀχιλλέα, ἢ Ἕκτορος λύτροις· ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόσιν, ὃς μεχρὶ τριῶν ἡμερῶν οὐδὲν φθέγγεται.

X.

Decimum fragmentum e Schol. Eurip. Guelferbyt. ad Andromach. ỷ. 1. attulit Botheus.

Ἔνθα καὶ τὴν Χρύσην καὶ τὴν Λύρνησον ἐν τῷ τῆς Θήβης πεδίῳ τάσσουσιν· ὡς ὁ Αἰσχύλος, Λυρνησίδα προσαγορεύσας τὴν Ἀνδρομάχην ἐν τοῖς Φρυξίν· ὅθεν (malim ἔνθα) καὶ ξένως ἱστορεῖ Ἀνδραίμωνος αὐτὴν, λέγων, Ἀνδραίμονος γένεθλον Λυρνησίου, ὅθεν περ Ἕκτορος ἄλοχον ἤγαγε φίλην. quæ sic emendat Both.

Ἀνδραίμονος γένεθλα τοῦ Λυρνησίου,
Ὅθεν περ Ἕκτωρ ἄλοχον ἤγαγεν φίλην.

XI.

Hanc forte fabulam, vel aliquam certe quæ Troica spectabat respexit Schol. Hom. Venet. a Villoisono editus Il. Β'. 369. p. 85. Τὰς Φρυγὰς ὁ ποιητὴς διαστέλλει· ὁ δὲ Αἰσχύλος συνέχει· et rurs. ỷ. 370. Οἱ νεώτεροι τὴν Τροίαν καὶ τὴν Φρυγίαν τὴν αὐτὴν λέγουσιν· ὁ δὲ Ὅμηρος οὐχ οὕτως. Αἰσχύλος δὲ συνέχει. Eadem fere habet Eustath. ad Il. Β'. p. 364. l. 42.

XII.

Schol. Hom. Venet. ad Il. Χ'. 351. p. 491. Ὁ δὲ Αἰσχύλος ἐπ' ἀληθείας ἀνθιστάμενον χρυσὸν πεποίηκε πρὸς τὸ Ἕκτορος σῶμα ἐν Φρυξί. Locum forte respexit Virgil. Æn. I. 484.

Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

XIII.

Hesych. Τιτῆναι· βασιλίδι ἢ Ἕκτορος λύτροις. Corrigendum, Τιτῆναι· βασιλίδες (vel potius f. τιτήνη· βασιλίς) Αἰσχύλος Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις.

XIV.

Athen. l. 18. p. 21. F. Ἀριστοφάνης γοῦν· παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς ἢ περὶ

τῶν τραγικῶν ἀπόκειται πίσις· ποιεῖ αὐτὸν τὸν Αἰσχύλον λέγοντα· Τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ χρήματα (malim σχήματα) ἐποίουν. Καὶ πάλιν τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν ὅτι τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδα ἦλθον τεθνεῶτα, πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ σχηματίσαντας. Quæ sic forte sunt restituenda,

Τοῖσι χοροῖς * * * * * αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν.

Καὶ πάλιν,

Τοὺς γὰρ Φρυγίους οἶδα θεωρῶν,
Ὅτι τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι
Τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα,
Πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ
Σχηματίσαντας——

Ubi ad apparatum scenicum hujus tragœdiæ sine dubio respexit Comicus.

ΨΥΧΑΓΩΓΟΙ.

ΕΡΡΩΔΙΟΣ. Corruptum hoc fragmentum pejus etiam corrupit Pauw. sic legens,

Ἐῤῥώδιος γὰρ ὕψοθεν ποτώμενος·
Ὃν ὡς ἔπληξεν ἥδ', υἱός χ' εἷλ' οἴμασιν.
Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος
Σήψει παλαιὸν δέρμα καὶ τριχοῤῥυές.

"*quem ut percussit pastinaca, in medio statim impetu cepit filius*; Pastinaca in ardeam radium immisit, et sic pastinacam una cum ardea cepit Telegonus." Hæc Pauw. Heathius vero sic emendat,

Ἐῤῥώδιος γὰρ ὕψοθεν ποτώμενος
Ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος γε λύμασιν.
Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος
Σήψει κ. τ. λ.

Ardea vero ex alto advolans stercore te feriet, alvi quidem retrimentis. Ex hoc vero aculeus belluæ marinæ pellem tibi senilem et calvam corrumpet. Et eodem fere modo ante Heathium legerat Valcken. Diatr. Eurip. p. 286.

"Ὄνθῳ σε πλήξει, νηδύος χειλώμασιν, vel χιλώμασιν, nam utrumque dat Hesych., χειλῶσθαι et χιλῶσθαι, *ventris fultura te feriet.* Æschylo dramatis Ψυχαγωγῶν argumentum Homeri præbuit Νεκυία, atque ista Tiresiæ verba fuerunt ad Ulyssem, qui mortuus ἀκανθοπλὴξ secundum Sophoclem, quem plerique in hac re sunt secuti." Hæc vir cl. De morte Ulyssis varia traduntur. Plerique volunt eum a Telegono filio suo, inscio, sagitta vulneratum occidisse, ita tamen ut oraculum ei a Tiresia datum, Odyss. Λ'. ỷ. 133.—θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς ἔσται, non effugeret, cum os pastinacæ sagitta illa præferret. Hic autem paulo aliter res narratur; ardeam scilicet alte volantem sordes in ipsum dejecisse, in quibus cum esset os pasti-

nacæ, illud cuti ejus mortiferum vulnus intulisse. Porro in Edit. Hom. Oxon. 1782. verba ipsa Schol., etsi corrupta, emendatius tamen leguntur,

Ἐρώδιος γὰρ ὕψοθεν ποτώμενος·
Ὃν ὡς ἔπληξε νήδυος κοιλώμασιν,
Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα κ. τ. λ.

II.

ΕΡΜΑΝ. Ex his versibus unum Hexametrum facit Both. Non male.

IV.

Hoc fragmentum ex Polluce plenius adfert Heath.

Καὶ σκευοθηκῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων.

V.

Σταθεροῦ χρήματος. E Suida in σταθερὸν hoc attulit Botheus. Exstat etiam apud Phot. Lex. sed ibi χεύματος, quod et inter VV. LL. a Suida notatur. Photii verba sunt, in Voce, Σταθερόν· ὀξὺν, ἰσχυρὸν ἢ θερμὸν . . . . . . τινὲς καὶ ἐπὶ τοῦ στασίμου, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς, σταθεροῦ χεύματος. Σταθερὸν χεῦμα erit *quietus* s. *taciturnus amnis*, σταθερὸν χρῆμα, *res stabilis*, sed prior lectio mihi præplacet. Tota glossa apud Photium cum Suida convenit, excepta varietate lectionis unde invicem uterque corrigi possit.

VI.

Sextum fragmentum e Schol. Apollon. II. 846. attulit Pauw. Verba Schol. sunt, ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν Περσεφόνην καλοῦσι Τιμοσθένης ἐν τῷ ἐξηγητικῷ συγκατατίθεται, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς ἐμφαίνει, τὴν Περσεφόνην ἐκδεχόμενος Δαῖραν. Proserpina Δάειρα vel Δαῖρα dicta est ab Atheniensibus, quod ejus mysteria celebrabant gestantes lampadas quas δᾷδας vocabant. Phavorinus, Δάειρα, ἡ Περσεφόνη παρ' Ἀθηναίοις, παρὰ τὴν δᾷδα, ἐπειδὴ μετὰ δᾳδῶν ἐπιτελεῖται αὐτῇ τὰ μυστήρια, ἢ ὅτι δᾷδα φορεῖ. Et rurs. Ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν, Περσεφόνην καλοῦσι, Δημοσθένης τε καὶ Αἰσχύλος μαρτυροῦσι. Vide etiam Eustath. Il. Ζ'. p. 510. et Il. Δ'. p. 347. et qui hæc attulit, Potter. in Lycoph. ý. 710.

ΨΥΧΟΣΤΑΣΙΑ.

Frustra pro titulo hujus fabulæ reponere vult ἰσοστασία Th. Rheinesius V. L. II. 1. Athenæum adducens auctorem, apud quem, Lib. III. ult. et IV. 4. p. 134. laudatur Alexidis Comici ἰσοστάσιον *æquabilitas*, (bilancis scil. a Jove suspensi) cujus fabulæ argumentum ab Æschylo desumptum credit. Sed ipse opinionem suam retractavit in Epilogo p. 610. Argumentum ex Homeri Il. Χ'.

desumptum dicit Stanl. ubi Jovem Achillis et Hectoris fata vel animas ponderantem effinxit; sed de Achille et Memnone potius intelligendum esse docent ipsa fabulæ fragmenta. Cæterum huc forte referri debet Fragm. quod nos inter INCERTA retulimus, CLXIX.

II.

Huc etiam pertinet locus apud Schol. Homeri Venetum Il. Χ'. 210. p. 488. Κῆρας τὰς Μοίρας λέγει, οὐ τὰς ψυχὰς, ὡς ἐδέξατο φαύλως Αἰσχύλος· ἐπάγει γὰρ τὴν μέν. Nec abludit Eustath. in Il. Θ'. p. 699. l. 30.

IV.

℣. 1. ΕΝΔΑΤΕΙΣΘΑΙ ΤΑΣ ΕΑΣ ΕΥΠΑΙΔΙΑΣ. Recte vidit Pauw. Grotii emendationem, ἐν δαιτὶ δ' ἄσι, importunam esse, cum revera verbum ἐνδατεῖσθαι a Poeta adhibitum fuerit, sed alio modo, quem Plutarchus, nexum orationis suæ conservans, in infinitivum mutavit, eademque de causa ἐὰς pro ἐμὰς scripsit. Versus erat forte Æschyleus,

Ὁ δ' ἐνδατεῖτο τὰς ἐμὰς εὐπαιδίας.

Τὰς δ' ἐμὰς Scal. ad Catull. p. 70. Vel si versum in principio mutilum statues, nihil opus erit mutatione, sic enim ἐνδατεῖσθαι pendere potest ex præcedentibus. Vix opus est ut moneam verbum ἐνδατεῖσθαι non semper malam significationem habere.

℣. 2. ΜΑΚΡΑΙΩΝΟΣ ΒΙΟΥ. Μακραίωνας βίους Grot. et sic Plato de Rep. p. 383. B. optime.

℣. 3. ΕΙΠΩΝ. Εἰπεῖν mavult Heath. q. d. ut *uno verbo dicam omnia*, sed ita languet sententia, et phrasis ipsa minus concinne pro ἁπλῶς εἰπεῖν ponitur. Hunc et seq. versum sic legit Pauw.

Ξύμπαντα τ' εἰπὼν, θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας,
Παιῶν' ἐπευφήμησεν, εὐθυμῶν ἐμέ.

Παιῶν' pro Παιᾶνα mavult Heath. qui et εὐθημῶν apud Stanl. typographico errore ortum putat, pro εὐθυμῶν, quod est apud Platon. et Euseb.

℣. 4. ΕΠΕΥΦΗΜΗΣΕΝ ΕΥΘΗΜΩΝ. Ἐπευφήμισεν εὐθυμῶν Scal. apud Catull. p. 70. prius male, posterius recte, et sic Plato et Euseb. l. l.

V.

ΑΝΗΚΙΔΟΤΙ. Ἀνηκίδωτι cum Guieto mavult Pauw. quam cum Salmasio ἀνηκίδωτοι. Sed ἀνηκίδωτοι est vox ipsissima Hesychii.

VI.

ΑΥΡΙΒΑΤΑΣ. "Hesych. Αὐριβάτας· Αἰσχύλος, τὸ αὔριον ἐπὶ τοῦ ταχέως τίθησι. Nihil insulsius: nam sic pro velocitate succedit tarditas: αὔριον et αὐρίζειν ad moras pertinent, ut notum. Locus est corruptus, et scribendum τὸ αὔρι quod male productum a scribis; sic et

distinguendum: Αὐριβάτας· Αἰσχύλος τὸ αὖρι ἐπὶ τοῦ ταχέως τίθησι, καὶ ὁ αὐτὸς Ψυχοστασίαις οὕτως φησὶ τὸ ὄνομα· ταχυβήμων. *Ita effert nomen*: ταχυβήμων, quo modo legendum haud dubie, est ipsa Grammatici expositio: αὐριβάτας pro αὐριβάτας, κατ' εὐφωνίαν, dictus est tragice ὁ ταχυβήμων, qui cum auris currit et velocissimus est." Hæc Pauw.

VII.

Jovem cum reliquis Diis in machina apparuisse constat ex Polluce IV. 130. Ἀπὸ δὲ τοῦ θεολογείου, ὄντος ὑπὲρ τὴν σκηνὴν, ἐν ὕψει ἐπιφαίνονται θεοὶ, ὡς ὁ Ζεὺς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐν Ψυχοστασίᾳ. Ἡ δὲ γέρανος μηχάνημά τί ἐστι, ἐκ μετεώρου καταφερόμενον, ἐφ' ἁρπαγῇ σώματος, ᾧ κέχρηται ἡ Ἠὼς ἁρπάζουσα τὸ σῶμα τοῦ Μέμνονος.

ΩΡΕΙΘΥΙΑ.

Omittitur in Catalogo. Sed huc referendum est ex INCERTIS Fragm. CLXXI.

INCERTA.

II.

TO TOI. Monet Pauwius hæc et duo seqq. fragmenta apud Stobæum, incerto poetæ non Æschylo, a Grotio adscribi. Sed Æschylo adscripsit Grotius in Excerptis. Quin tria hæc fragmenta ita inter se connecti monet Heath. ut orationem continuam constituant apud Theophilum Antiochenum II. 54. p. 256. Edit. Wolf., ubi hæc ex Æschylo nominatim laudato excitantur.

IV.

ΟΡΑΙΣ κ. τ. λ. Ad finem versus prioris plene distinguit Heath. sublata distinctione post finem secundi, tertium ex Theophili Codicibus sic emendat,

Ἑξῆς δ' ὀπάζει δόχμιον, ἄλλοθ' ὕστερον.

Statim persequitur ex transverso, nonnunquam a tergo. Quartum etiam versum ex Theophilo sic legit,

Οὐδ' ἐγκαλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένα.

Quintum denique versum, quem sic edidit Grotius,

Ὅτι δ' ἂν ποιεῖς νόμιζ' ὁρᾶν θεὸς τινας,

e Theophilo sic profert,

Ὅτι δ' ἂν ποιῇς δεινὸν νόμιζ' ὁρᾶν τινα,

et de significatione vocis δεινὸν remittit ad Eumen. ℣. 520. et Soph. Antig. ℣. 249. et ℣. 1109. Vocem autem θεὸς a Grotio ipso fatente, interpolatam esse monet ad supplendum metrum.

V.

Ω ΖΕΥ κ. τ. λ. Hæc a Clemente Alexandrino, Strom. V. et Euseb. Præp. Evang. XIII. 13. Archilocho, non Æschylo tribui monet Pauw., qui et incertum habet cujus sint et quonam metro conscripta. Ex verbis Stobæi hos Iambos constituit v. cl.

Ὦ Ζεῦ πάτερ, σοῦ 'στιν μὲν οὐρανοῦ κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς λεωργά τε
Κἀθέμιστα· σοὶ δὲ θηρίων ὕβρις τε καὶ
Δίκη μέλει.

In versu secundo, ἐφορᾷς οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων legi affirmat apud Stob. Monet porro ad Æschyli nomen in Cod. Stob. Farnesiano, teste Cantero, adscriptum esse μὴ, ut neget hæc Æschyli esse. Ut ut illud fuerit, versus non bene digessit Pauw. Versus secundus cæsura caret, quod vitium est in fragmento quarti vulgato, et quis feret illas finales particulas, τὲ et τὲ καὶ in duobus sequentibus versibus adhibitas. Locum sic emendat Heath. Archilochi, non Æschyli esse judicans,

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς λεωργά τε
Κἀθέμιστα, σοὶ δ' ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

Corrupte eduntur in Edit. Stob. Plantin.

Ὦ Ζεῦ πάτερ, Ζεὺς μὲν οὐρανοῦ κράτος,
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς
Λεωργὰ κἀθέμιτας· οἱ δὲ θηρίων
Ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

Locus profecto non est indignus Æschylo, et sic forte restituatur,

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν αἰθέρος κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανοῦ τε κἀνθρώπων ὁρᾷς
Λεωργὰ κ'αθέμιστα· σοὶ δὲ θηρίων
Ὕβρις μέλει τε καὶ δίκη.

VI.

ΤΥΧΑ κ. τ. λ. Hujus fragmenti, sicut eduntur, metra a Grotio digesta esse monet Pauw. cum sint apud Canterum indiscreta. Ipse autem quædam Anapæsticorum vestigia in his deprehendit, sed Chorica fuisse existimat diversorum generum, quæ nemo hodie restituere poterit ut ut fuerit perspicax. Hoc tamen aggressus est Heathius, ac sic quidem;

1. Ὦ τύχα μερόπων
2. Ἀρχὰ καὶ τέρμα,
3. Τὺ καὶ σοφίας
4. Τιμὰν βροτιοῖς
5. Ἐπέθηκας ἔργοις,
6. Καὶ τὸ καλὸν πλέον ἢ κακὸν ἐκ σέθεν.
7. Ἅ τε χάρις λάμπει
8. Περὶ σὰν πτέρυγα χρύσιον.
9. Καὶ τὸ τεᾷ πλάστιγγι δοθὲν
10. Μακαριστώτατον τελέθει.
11. Σὺ δ' ἀμηχανίας πόρον εἶδες
12. Ἐν ἄλγεσι, καὶ λαμπρὸν
13. Φάος ἄγαγες ἐν σκότῳ,
14. Προφερεστάτα θεῶν.

1. Penth. Troch. 2. Penth. Spond. 3. Ion. a maj. mon. hyperc. 4. Ut et hic. 5. Iamb. Penth. 6. Dactyl. Tetram. 7. Dactyl. Penth. 8. Pæon. dim. hyperc. 9. Dactyl. hepthem. 10. Glycon. πολυσχημ. 11. Anapæst. hepthem. 12. Pherecrat. 13. Period. 14. Ion. a min. Dim. cat. Tutius forte cum Pauwio hæc intacta reliquisset vir cl. sed verum procul dubio vidit cum hæc stylum Æschyleum parum redolere diceret. Locum leniter emendavit Botheus,

1. Τύχα μερόπων ἀρχὰ καὶ τέρμα,
2. Σὺ καὶ σοφίας τιμὰν
3. Βροτιοῖς ἐπέθηκας ἔργοις,
4. Καὶ τὸ καλὸν πλέον ἢ κακὸν ἐκ σέθεν.
5. Ἅ τε χάρις λάμπει περὶ σὰν
6. Πτέρυγα χρύσιον (malim χρυσέαν)
7. Καὶ τὸ τεᾷ πλάστιγγι δοθὲν
8. Μακαριστώτατον τελέθει.
9. Σὺ δ' ἀμαχανίας
10. Πόρον τ' εἶδες ἐν ἄλγεσι,
11. Καὶ λαμπρὸν φάος ἤγαγες (malim ἄγαγες)
12. Ἐν σκότῳ προφερεστάτα θεῶν.

Ex his vocat 1. Antispast. dim. hyperc., in priore sede usurpato anapæsto pro spondeo. 2. Antisp. dim. brachyc. iterum posito anapæsto. 3. Glycon. hyperc. 4. Dactyl. tetram. 5. Dactyl. hepthem. 6. Dochm. 7. Dactyl. hepthem. 8. Glycon. πολυσχ. 9. Anapæst. monom. 10, 11. Glyconii. 12. Glycon. hyperc. Mihi locus certe non videtur Æschyleus, et posteriora ex Pindaro aperte expressa sunt, Olymp. V. 32.

Ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων ἐς φάος
Τόνδε δᾶμον ἀστῶν.

ῦ. 2. ΤΥ ΚΑΙ ΣΟΦΙΑΣ ΤΙΜΑΝ. Τὺ καὶ σοφίαν καὶ τιμὰν mavult Pauw. cum duplex καὶ sit in omnibus libris.

℣. 7. ΤΕΛΕΙ ΠΛΑΣΤΙΓΓΙ. Τὶ ἀπλάσταγγι, et mox ἅμα χανίας et in versu ult. περιφερκέστατον apud Stob. Edit. Plantin.

VII.

ΚΟΙΝΟΝ. Καινὸν Stob. Edit. Plantin.

XI.

ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΕΛΕΙ. Τῶν ἐν τέλει e Stob. reponit Pauw., et vulgatam ex errore typographi fluxisse censet Heath. Sed hunc versum revera Sophoclis esse, Ajac. ℣. 1311, monet Botheus, et hinc eximendum.

XII.

ΑΠΑΤΗΣ ΔΙΚΑΙΑΣ. De dolo agens Ritterhus. Var. Lect. V. 3. dolum veteres bonum dixisse monet, et pro solertia accepisse, maxime si adversus hostem latronemve quis machinetur. Sic et Basilius Magnus in Proverb. Salomonis ait esse quandam καλὴν καὶ ἐπαινετὴν πανουργίαν, et Æschylus ἀπατὴν δικαίαν agnoscit, cui nec ipse deus soleat auxilium denegare. Denique et Quintus Smyrnæus δόλον ἐσθλὸν dixit plus vice simplici. Hæc ille ubi plura videas. Hunc versum attulit etiam Eustath. ad Il. Β'. p. 188. l. 42. Ὅτι δὲ ἔστιν οὐ μόνον κακὴ ἀπάτη, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ, Αἰσχύλος δηλοῖ, εἰπὼν, Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

XIII.

ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ κ. τ. λ. Citatur etiam a Mich. Apostol. Proverb. XI. 3. ubi male editur ἐστιν.

XXII.

ΤΟ ΓΑΡ κ. τ. λ. Philemoni hæc ab Apostolio tribui monet Pauw. Recte quoque pro ἐφημέρια reposuit ἐφήμερα, et sic Stanl. in notis. Sed ἐφημέρια servavit Clark. ad Odyss. Φ'. 85. Idem bene comparat Theocr. Idyll. XIII. 4.

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.

et Terent. Adelph. III. 3. 32.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere.

XXIV.

℣. 1. ΧΩΡΙΖΕ. Hoc fragmentum omnino junioris esse Æschyli censet Grotius, qui in primo versu τὸν inserit metri gratia, in secundo σαρκικὸν dedit pro σάρκιον, in quarto ἄπλαστον pro ἄπλατον, in quinto γίνεται pro γάρ, in sexto νέφει pro νεφέλη. Recte viderunt etiam Pauw. atque Heath. hæc Æschylo esse plane ableganda; immo et ab omnibus Græcarum tragœdiarum scriptoribus. Æs-

chylo tamen tragico diserte tribuere non erubescit Clemens. Πάλιν αὖ Αἰσχύλος μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς, τὴν δύναμιν τῶ θεῶ παρατιθέμενος, ὀκ ὀκνεῖ καὶ ὕψιστον αὐτὸν προσαγορεύειν διὰ τύτων. Eosdem versus e Clemente citat Euseb. Præparat. Evang. XIII. p. 689. sed adhuc corruptius; varietates indicabimus. ẏ. 3. Οὐκ οἶσθα γ'. ẏ. 4. Ἄπλαστος ὀρμῇ, recte, et mox ante γνόφος omissum δέ. ẏ. 6. νεφέλῃ τι. ẏ. 8. καὶ ὕδατος. ẏ. 10. καὶ ὀρέων ὕψος ἐπί. ẏ. 11. Μέγα ἐπὰν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα ẏ. 12. Δεσπότε πάντα, δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψίστε θεῶ.

ẏ. 4. ΑΠΛΑΣΤΟΝ. Ἄπλαστος edit Sylburg. rectius, et mox ὀρμὴ minus recte.

ẏ. 11. ΟΤΑΝ. Ἐπὰν edit Sylburg. Duodecimum versum addit Clemens, prioribus adhuc deformiorem, omisso puncto post δεσπότε,

Πάντα· δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψίστε θεῶ.

XXV.

ΤΟ ΣΚΑΙΟΝ ΟΜΜΑ κ. τ. λ. Apud Athen. VII. 15. legitur οὕτως καὶ ὄμμα, quarum literarum ad ductum ὁ σκαιὸν ὄμμα Pauwius accedere judicat, qui quid sit παραβαλὼν quærit, si sinistro oculo cæcutiant thynni. Sed hoc est argutari. Exstat etiam apud Ælian. Hist. Anim. IX. 42.

XXVI.

ẏ. 2. ΟΥΡΑΝΟΣ ΤΕ ΓΗ ΚΛΑΙΕΣΚΟΝ. Οὐρανῶ στέγη Ναίεσκον Grot. Οὐρανῶ στέγων, vel οὐρανῶ στέγη Κλαίεσκον, *cæli sustentationem* Pauw. qui Grotii emendationem reticuit. Οὐρανοστεγῆ *cælum sustentantem* Heath. qui recte ad κλαίεσκον apostrophum præponit, ut augmentum elidi indicet. Ad eandem fabulam referenda sunt quæ meminit Schol. Hom. Il. Σ'. 486. de Pleiadibus agens, Τὰς δὲ Ἄτλαντος ἀτυχίας κλαιούσας αὐτὰς, κατηστερίσθαι φησὶν Αἰσχύλος. Eadem habet Schol. Venet. in eodem loco p. 430. Cæterum hoc fragmentum forte ad ΗΛΙΑΔΑΣ pertinebat.

ẏ. 4. ΑΠΤΕΡΟΙ ΠΕΛΕΙΑΔΕΣ. Καὶ Αἰσχύλος δὲ ἐκφανέστερον προσπαίζων πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν, ἀπτέρες Πελειάδας εἶπεν ἐν πτώσει ὀρθῇ. Eustath. ad Odyss. Μ'. p. 1713. l. 4.

XXVII.

ΘΕΟΣ ΜΕΝ. Hanc ῥῆσιν improbat Plato de Rep. II. 380. A. Οὐδ' αὖ ὡς Αἰσχύλος λέγει, ἐατέον ἀκάειν τὰς νέας, ὅτι

——θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ,

ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ ἐν οἷς ταῦτα τὰ Ἰαμβεῖα ἔνεστι, τὰ τῆς Νιόβης πάθη ἢ τὰ Πελοπιδῶν, ἢ τὰ Τρωϊκὰ, ἤ τι ἄλλο τῶν τοιέτων· ἢ ὀ θεῶ ἔργα ἐατέον αὐτὰ λέγειν, ἢ εἰ θεοῦ, ἐξευρητέον αὐτοῖς σχέδον ὃν νῦν ἡμεῖς λόγον ζητῶμεν, καὶ λεκτέον ὡς ὁ μὲν θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. Hinc suspicari licet hoc fragmentum ad Nioben pertinere. Credibile est enim Plato-

nem inter exempla primum illud posuisse unde locum ipsum quod improbat desumserit. Locum ex Platone citat Euseb. Præparat. Evang. XIII. p.643. D.

XXVIII.

Hoc fragmentum ubi fuerit quærit Pauw. Est apud Euseb. Præp. Evang. ubi supra, ut docuit Both.

XXIX.

ỳ. 2. ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΙΑΜΑ. Μέγ' ἐστ' ἴαμα post Scal. Grotius, non probante Porsono, qui in notula ad Præf. ad Hecubam hæc scribit: *Non tamen dissimulabo suspicionem meam vocabulum ἴαμα serioris ævi esse et veteribus tragicis ignotum . . . . . Si igitur ἴαμα vitiosum esse statuas legendum erit,* ὅσπερ μέγιστον φάρμακον πολλῶν κακῶν." Hic est unus ex illis locis rarissimis ubi a viro summo tuto possis discedere. Nam ut prætermittam sententiam sic minus forte concinnam videri, omisso ἐστι, ut nihil dicam de ipsa emendatione, audaciori quam pleræque Porsonianæ, ad ductum literarum ut plurimum feliciter exactæ, ut taceam verbum ἰᾶσθαι ab omnibus tragicis frequentatum, hoc ipsum vocabulum ἴαμα exstat apud Thucyd. II. 51. ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν. Quam vellem levis hic error viri incomparabilis, tot ac tam præclaris meritis millies redemptus, imperitos adolescentes ab importuna corrigendi prurigine et conjecturarum licentia absterreret.

XXX.

ΜΕ ΦΥΣΑΙΣ. Μ' ἔφυσας cum Plutarcho et Parœmiographo dedit Grot., sic Pauw. qui bis μὲ et semel μοὶ notavit in eodem versu. Ἔφυσας item Heath. sed in reliquis versum corrupit legendo,

Σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταφθίειν δοκεῖς.

dicendum utique fuit καταφθίσαι. Sed quid mutato opus est? Hoc fragmentum de Meleagro intelligit Parœmiographus, de Pentheo in Ξαντρίαις Stanleius. Citatur etiam præter locum a Stanl. allatum, iterum a Plutarcho de Monarchia p. 827. C.

XXXI.

ΔΕΔΟΙΚΑ. Locum habet etiam Suid. in Πυραύστου μόρον. Πτηνόν ἐστι ζωΰφιον, ὃ προσιπτάμενον τοῖς λύχνοις καίεται. Καὶ Αἰσχύλος· Δέδοικα κάρτα πυραύστου μόρον. εἴρηται ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων.

XXXII.

ỳ. 1. ΜΑΘΩΝ. Quare Salmasius παθὼν prætulerit, quærit Heath. Παθὼν etiam Voss. ad Melam. I. 9.

ỳ. 2. ΕΠΤΑΡΡΟΥΣ. Ἑπτάρους recte, Grot. Pauw. Heath. Voss. ad Melam l. l. Hujusmodi composita non semper duplicant ρ. Vide Pr. Vinct. ỳ. 433. et ibi Nott. Varr. Critt.

3. ΚΥΑΙΝΔΩΝ. Emendationem Salmas. non admittunt Pauw. et Heath. qui ad vulgatam subintelligunt ἔτι. Salmasii quoque πνευμάτων pro ῥευμάτων non probat Heath. qui vulgatam vertit, *cum fluenta vi et abundantia imbrium exundant*: idque tuetur ex Anonymi proposito, sententiam Thaletis et Callisthenis, Nili incrementum ventis Etesiis adscribentium, ab hac Anaxagoræ et tragicorum distinguentis, qui id nivibus liquefactis omnino tribuunt. Sed κυλίνδει etiam Voss. ad Melam. l. l.

4. ΕΝ ΗΙ ΠΥΡΩΠΟΝ ΜΗΝΟΣ κ. τ. λ. Versum sic legit Grot.

Ἐν τῷ πυρωπὸν ἐκ κυνὸς λάμψαι φλόγα.

Cum rutila fulsit flamma siderei Canis.

Versum sequentem post Salmasium Pauwius quoque transpositum esse judicat, hunc tamen minus feliciter emendat,

Ἐν ᾗ πυρωπὸν μηνὸς ἐκλάμψαι φλέγος,

et φλέγος pro φλέγμα a φλέγω, præsertim cum accedat πυρωπὸν, suo more imprimis Æschyleum vocat. Deinde Μὴν habet pro *Sole*, ut Μήνη est *Luna*, et auctores adducit recentiores, Diog. Laert., Jamblichum, et Suidam, in iis quæ de gallo gallinaceo scribunt Soli a Pythagora dicato. Sed solem nunquam Μῆνα appellatum fuisse ex Cupero ad Harpocrat. et Menagio ad Diog. Laert. VIII. Segm. 34. ostendit Heath. qui totum locum sic legit,

Ἐν ᾧ μένος πυρωτὸν ἐκλάμψαν φλογὸς
Τήκει πετραίαν χίονα, πᾶσα δ' εὐθαλὴς
Αἴγυπτος ἁγνοῦ νάματος πληρουμένη
Φερέσβιον Δήμητρος ἀγγέλλει στάχυν.

Hæc ille. Ἐν ᾗ πυρωπὸς ἥλιος ἐκλάμψας φλογί Voss. ad Melam l. l. qui et reliquorum ordinem post Salmasium mutat. Dum in hoc sumus obiter monere licet Vossium poetam nostrum tragœdia prius incognita ditasse, ἐν Ἡρακλεῖ scil. pro ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ, aliud agens scripsit vir cl. in Notis ad Melam. p. 229. Fragmentum hoc forte ad Memnonem pertinebat.

6. ΠΕΤΡΙΑΝ. Πετραίαν Grot. Pauw. Voss. ad Mel. l. l. quod et metrum et analogia postulat.

7. ΑΓΓΕΛΛΕΙ, Ἀντέλλει Grot. Sed recte Heath. vulgatam retinet. Ægyptus enim tum cum Nili aquis submergitur non submittit spicas, sed tantum messem futuram quasi prædicit.

XXXIII.

ỷ. 1. ΕΠΟΠΑ. Pausan. Phocic. c. 4. ὁ δὲ ἔποψ ἐς ὃν ἔχει λόγος τὸν Τηρέα ἀλλαγῆναι, οὗτος ὄρνις μέγεθος μὲν ὀλίγον ἐστὶν ὑπὲρ ὄρτυγα, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ δὲ οἱ τὰ πτέρα ἐς λόφου σχῆμα ἐξῆρται.

ỷ. 3. ΤΡΑΧΥΝ. Θρασὺν erat in Aristot. quod in Θράσσῃ mutavit Salmas. sine causa tamen, ut monuit Heath.

ỷ. 4. ΦΑΙΝΟΝΤΙ. Φαιόν τι Scal.

ỳ. 5. ΦΑΝΕΙ κ. τ. λ. Φαίνει παιδός τε χ' αὐτῦ apud Aristot. unde Heathius, partim Pauwii auctoritate rescribentis φαίνς, partim Sylburgii reponentis χ' αὐτῦ sic legit,

—δύο γὰρ οὖν μορφὰς φαίνς
Παιδός τ' χ' αὐτῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.

Si eum cum pullo suo in nido simul deprehenderes, diceres duas avium diversas species uno eodemque ventre editas, adeo pulli sui est dissimilis. Quorsum hic Pallenes mentio fieret non intelligit Heath. cum Terei regnum longe a Pallene, in Thracia, apud Odryssas situm esset, Ovid. Met. VI. 490., regia autem prope Rhodopen, ibid. ỳ. 589. Porro nec intelligit quare upupa potius quam alia avium genera urbes odisse dicatur. Itaque verba Aristotelis,

Ἀεὶ δὲ μισεῖ τόνδε ἄπαλλον εἰς τόπον
Δρυμῦς ἐρήμυς ὑπάγυσ' ἀποικίσει,

sic refingit,

Ἀεὶ δὲ μίσει τῶνδ' ἀπαλλαγεὶς τόπων
Δρυμῦς ἐρήμυς ἢ πάγυς ἐποίχεται.

Semper vero, hisce locis præ odio relictis, tesqua deserta aut montes peragrat. Sed advocavit Botheus Ovid. Met. XV. 356.

Esse viros fama est in Hyperborea Pallene
Qui soleant levibus velari corpora plumis,
Cum Tritoniacam novies subiere paludem.

Hanc historiam h. l. Æschylum secutum existimat, ut Thraces isti, in upupas mutati, Pallenem fugerint ne civium suorum aspectu contristarentur. Sed hoc nimis longe petitum videtur.

ỳ. 7. ΗΝΙΚ' ΑΥΑΝΘΗι. Ἥνικ' ἂν ξανθῇ apud Aristot. ubi ἥνικ' αὐξανθῇ emendat Scal. Ἥνικα ξανθῇ Salmas. probantibus Pauw. Heath. nisi quod illi ἥνικ' ἄν.

ỳ. 8. ΤΕΚΕΙ ΝΙΝ ΑΥΘΙΣ Κ'ΑΜΦΙΕΝΝΥΣΕΙ ΠΤΕΡΥΞ. Τίκτει νιν αὖθις κἀμφινωμήσει vel κἀμφινομίσῃ πτέρυξ, Scal. apud Aristot. Στικτὴ νιν αὖθις ἀμφιέννυσι πτέρυξ Salmas. pulcherrime, probante Heath. sed ἀμφιέννυσι Gesnero debetur. Locum sic refingit Pauw.

Τῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτῦ κακῶν
Πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει
Θρασὺν πετραῖον ὄρνιν ἐν παντευχίᾳ·
Ὃς ἦρι μὲν φαίνοντι διαπάλλει πτέρον
Κίρκυ λεπαργῦ· δύο γὰρ οὖν μορφὰς φαίνς
Παιδός γ' ταὐτῦ νηδύος μιᾶς ἄπο.
Νέας δ' ὀπώρας ἥνικ' ἂν ξανθῇ σταχὺς,
Τήκει νιν αὖθις κἀμφικοιμίζει πτέρυξ.
Ἀεὶ δὲ μισεῖ τόνδ' ἐπ' ἄλλεσθαι τόπον,
Δρυμῦς δ' ἐρήμυς ἢ πάγυς ἀποικίσει.

Quatuor posteriores versus sic explicare conatur v. cl. " Qui vere

incipiente videbatur miles audacior, et propter alas firmiores similis erat Circo λιπαργῷ, autumno currente præ decidua alarum mollitie se abdit, et latitare cogitur misere: Τήκει et ἀμφικομίζει nihil convenientius: ἀεὶ δὲ μισεῖ τόνδ' ἐπ' ἄλλεσθαι τόπον. Scena dramatis est in Thracia, et inde ἐπὶ τόνδε τόπον ἄλλεσθαι tragicum." Hæc ille.

ỷ. 9. ΤΩΝΔΕ ΠΑΛΛΗΝΗΣ ΤΟΠΩΝ. Τόνδ' ἐπ' ἄλλον εἰς τόπον Aristot. Τῦδε Παλλήνης τόπυ Scal.

ỷ. 10. Η ΠΑΓΟΥΣ. 'Υπάγυσ' habet Aristot. quod in ἢ πάγυς emendavit Scal. Ad egregias Salmasii emendationes vix opus est ut quicquam addamus. Malim tamen Παιδὸς γε ταύτῦ in versu sexto.

XXXVI.

ΠΑΥ' ΥΔΩΡ. Ubi sit hoc fragmentum quærit Pauw. Est apud Plutarch. de Primo frigido p. 950. E. Οὐ γὰρ εἰς τοὐναντίον ἀλλ' ὑπὸ τὐναντίου φθείρεται τῶν ἀπολλυμένων ἕκαστον, ὥσπερ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος εἰς τὸν ἀέρα. Τὸ γὰρ ὕδωρ ὁ μὲν Αἰσχύλος εἰ καὶ τραγικῶς, ἀλλ' ἀληθῶς εἶπε, Παῦ' ὕδωρ, δίκην πυρός.

XXXVII.

ỷ. 1. ΧΩ, ΤΙ. Χωρεῖ Euseb. Præpar. Evang. XIII. p. 681.

ỷ. 2. ΤΩΝΔ' ΥΠΕΡΤΕΡΟΝ. Τῶνδ' ἔθ' ὑπέρτερον Grot. Vide Scal. Conjectan p. 32. ad illud Ennianum apud Varron de Ling. Lat.

Isthic est is Juppiter, quem dico, quem Græci vocant
Aerem: qui ventus est et nubes, himber postea:
Atque ex himbre frigus; ventus post fit, aer denuo.

Democritum etiam apud Clement. in Protreptico adducit vir summus; ἐνταῦθα ὃ νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα διαμυθέεται, καὶ πάντα ὠυτὸς οἶδεν, καὶ διδοῖ καὶ ἀφαιρέεται, καὶ βασιλεὺς αὐτὸς τῶν πάντων. Plura vide ibidem.

XXXVIII.

ΜΗ ΠΑΡΑΣΠΙΣΤΗΣ. Hæc in versus digessit Grot. cum apud Aristidem (Tom. III. p. 485.) legerentur, μὴ μὲν οὖν ἐμοί γε, κατ' Αἰσχύλον, μή μοι παρασπιστὴς μήτ' ἐγγὺς εἴη, ὅστις μὴ φίλος τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, μηδὲ τιμᾷ τὰ πρέποντα. In tertio versiculo, prout a Stanl. et Grot. digeruntur, incommodum hiatum sensit Pauw., ut et Heath. qui sic refingit,

—μή μοι παρασπιστὴς εἴη
Μηδ' ἐγγὺς, ὅστις ἀνδρὶ μὴ τύτῳ φίλος
* * * * * μήτε τιμᾷ τὸ πρέπον.

Hiatum sustulit Both. legendo 'Εστ' ἀνδρὶ τύτῳ—Sed omnes Æschylo obtruserunt quæ revera sunt Aristidis. Nihil ex his ad Æschylum pertinere judico, præter illa

—μήτ' οὖν παρασπιστὴς ἐμοὶ,
Μήτ' ἐγγὺς εἴη——

reliqua sunt Aristidis, qui simili modo sua cum Æschyleis commiscuit in Fragm. CXLIX. ubi vide locum a nobis allatum.

XXXIX.

